80

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE

INAEQVALI MASCVLORVM ET FEMINARVM SECVNDVM IVRA CIMBRICA SVCCESSIONE

QVAM
AVTORITATE ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
IN INCLYTA AD ELMVM ACADEMIA
PRAESIDE
MAGNIFICO PRORECTORE

D. FRANCISCO CAROLO CONRADI

SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM
A CONSILIIS AVLICIS ET IVRIS PROF. PVBL. ORD.
PRO CONSEQVENDIS
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
AD D. XIX. NOVEMBRIS MDCCXLIV
HORIS ANTE ET POST MERIDIEM CONSVETIS
IN IVLEO MAIORI
PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
SVBMITTIT



AVTOR
IO. CAROLVS HENRICVS DREYER
MEGAPOLITANVS.

HELMSTADII
TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,
ACAD. TYPOGR.

VIRO PERILLVSTRI

EXCELLENTISSIMO AC GENEROSISSIMO

DOMINO

ERNESTO IOACHIMO

DE WESTPHALEN

CAESAREAE REGIAEQVE CELSITVDINIS

MAGNI DVCIS RVSSIAE DVCIS SLESVICI

ET HOLSATIAE

CANCELLARIO IN AVLA ET SENATV

INTIMO

ORDINIS DVCALIS

SLESVICENSIS ET HOLSATICI

EQVITI

SVPREMI IVDICII ECCLESIASTICI

PRAESIDI

ACADEMIAE CHRISTIAN-ALBERTINAE

CVRATORI

EVERGETAE PATRIS INSTAR

DEVENERANDO

IN

TESSERAM PIETATIS

MONVMENTVM OBSERVANTIAE

ET

AETERNVM GRATAE MENTIS

OPVSCVLVM HOC ACADEMICVM

SEQVE IPSVM

OFFERT ATQVE DEDICAT

SIMVLQVE

PRO SALVTE ET PERPETVA

VIRI PERILLVSTRIS

FELICITATE

PIA VOTA NVNCVPAT

CLIENS ET CVLTOR OBSEQVIOSISSIMVS

IO. CAROLVS HENRICVS DREYER.

CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

§. I. *Succeſſio omnis in Germania antiqua erat legitima: nec non in priſco Latio. Obſeruatio* Heineccio *oppoſita de iure ſucceſſionis adſcendentium, qui repulſi ſunt ab hereditate in Auſtria, in terris Wilſtricis et Crempenſibus; (vbi reſcriptum regium conſuetudinem hanc abrogans exhibetur,) denique iure Longobardorum et Suerinenſium.* §. II. *Legitimae ſucceſſionis fauor in Germania media. Dubium ex lege Angliorum remotum, ſubſidiis iurium Anglo-Saxonicorum: explicationis eius ratio hiſtorica. Obſeruatio de legis Angliorum vſu in Britannia: coniectura* Ludewigiana *notatur. Teſtamentorum vſus in Anglo-Saxonia non introductus a Romanis, ſed a Clericis: error* Hickeſii: *reſtricta teſtamenti factionis facultas apud Anglos quoad bona hereditaria, iure Gaualeti ſtabilita, lege Henriciana laxata.* §. III. *Conſenſus legum Germaniae, Cimbriae et Septentrionis, abhorrentium a diſpoſitionibus teſtamentariis in praeiudicium legitimorum factis, probatur ex inſtitutis Sueonum antiquis et hodiernis, nec non Danorum et Cimbrorum: ſtudii ſeruandarum familiarum reliquiae in pactis hereditariis (ſtaetforen) ex arrogatione Romana non explicandis; (*Vogtio *notato) vt et in teſtamenti factione arbitrio Principis reſtricta apud Cimbros, Anglo-Saxones, et Germanos; denique in bonis hereditariis absque conſenſu heredum non alienandis.* Leyſeri *iudicium de his iuribus. Hinc olim neque teſtamento neque pacto locus exſtantibus legitimis.* §. IV. *Inſtituti huius ratio deriuatur ex condominio omnibus eiusdem familiae adſignato, probato moribus Romanorum, Graecorum, Germanorum, nec non Cimbrorum; inde liberi dicti* Mit Herren; *inde et ratio conſenſus eorum in alienandis bonis, non ſollemnitatis tantum gratia interpoſiti, ſed neceſſitatis. Condominii familiarum veſtigia in Germania antiqua, nec non in vocabulo* der Erben. *Succeſſio legitima venit ex condominio, non ex voluntate defuncti: quod probatur* ex

ex iure Romano et Germanico. §.V. *Feminarum nullum condominium apud Germanos fratribus exſtantibus, cuius ratio ex Germania militari deſumitur; inde dote aut alimentis contentas eas eſſe oportebat.* §. VI. *In allodio autem non ſuccedebant, quod probatur ex lege Salica et formula Marculfi. Obſeruationes ex formula Marculfi ſubnatae. Vlterior probatio ex legibus Ripuariorum, Burgundionum, Alamannorum, Lotharingorum, Boruſſorum, Polonorum, Auſtriae, et iure Wormatienſi.* §. VII. *Porro ex legibus Angliorum. Veſtigia ſucceſſionis Hergewetticae et Geradicae. Styres-Hafne apud Cimbros, Wigh-arff apud Sueones; ratio vocis etymologica. Harniſch apud Femarienſes.* §. VIII. *Ex legibus Saxonum. Ratio conſenſus a filiabus requiſiti in alienandis allodialibus.* §. IX. *Ex legibus Anglo-Saxonum.* Geniculum *quid?* §. X. *Ex legibus Normannorum et Noruagorum.* §. XI. *Ex legibus Longobardorum,* §. XII. *item Gothorum, ſigillatimque Weſtro-Gothorum, et Oſtro-Gothorum. Ex iure Dalicorum, Sudermannorum, aliorum.* §. XIII. *Hinc origines trientis, quem in hereditate femina Cimbrica accipit, beſſe maſculo relicto. Inaequalitatis ratio habetur in Framarffe, non in Gangarffe: quod probatur ex legibus. Error DD. auo et auiae excluſis omnibus collateralibus ſucceſſionem decernentium, notatur.* §. XIV. *Trientis feminei origines apud Suecos ex inſtituto Birgeriano repetitae, confirmato quidem iure Chriſtophoriano, Carolino et Fridericiano.* §. XV. *Apud Islandos et Cimbros ex decreto Suenonis* I. *Ratio eius hiſtorica.* Cranzii *error. Obſeruatio de origine iuris vſufructuarii filiarum nobilium Megapolitanarum merito ſuſpecta.* Gundlingii *lapſus hiſtoricus.* §. XVI. *Conſenſus iurium Cimbricorum in adſignando feminis triente, ſigillatim iuris Sleſuicenſis, Scanici, Iutici, Flensburgenſis, Ecklenfoerdenſis, Huſumenſis, Eideroſtadienſis, Nordſtrandenſis, Femarienſis, Sialandici. Ius Romanum in ſucceſſione apud Cimbros exulare iuſſum. Canutus Epiſcopus Viborg. laudatur.*



DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE

INAEQVALI MASCVLORVM ET FEMINARVM SECVNDVM IVRA CIMBRICA SVCCESSIONE.

§. I.



Prudentiſſimam ſane, fatearis oportet, Germanorum curam et praeſtantiſſimam legislationem, quae in ſucceſſione *ſanguini* honorem habuit, noluitque heredes eligendi ius reponere in arbitrio ciuium(a) et illorum committere iudicio, vel-

(a) Quod idem noluerunt priſci iuris Quiritium conditores: quos multo ſapientius rationes ſubduxiſſe putauerim,

rim,

vellentne consanguineis bene consulere, an vero extraneos nuncupare bonorum successores. Relinquenda enim patrimonia censuerunt familiae, neque licere voluerunt, spem interuertere illorum, quibus lex hereditatem destinauerat, cum parum a crudelitate spolioque abesse crederent, hos bonis exuere, qui eorum viuo adhuc parente erant condomini, adeoque αὐτοκληρονόμοι hereditatem indipiscebantur, non prouidentia defuncti, sed ciuitatis voluntate, familiarum conseruationem spectante. Hoc itaque in tanta luce legum Germanicarum certissime constat, in hereditatibus a maiorum nostrorum institutis alienissimum fuisse brocardicum illud: PROVISIONEM HOMINIS TOLLERE PROVISIONEM LEGIS: et merum iuris peregrini placitum esse, quo potior habetur caussa testati, quam intestati. (b) Perinsigne hanc in rem et candida veterum

rim, quam Decemuiros, qui, facta ciuibus suis nuncupandi heredes potestate, arbitrium illis in ipsas leges permiserunt, indulseruntque legem contra leges publicas priuato arbitrio ferendi potestatem. Quod quam a regulis prudentiae ciuilis alienum sit, curatius perorauit vir magnus IO. GOTTL. HEINECCIVS disp. egregia de ***testamenti factione iure Germanico arctissimis limitibus passim circumscripta.*** **§. 4. 5.**

(b) ***l. 39. D. de acquirend. vel omitt. hered.***

rum Germanorum ſimplicitate digniſſimum teſtimonium eſt, quod TACITVS prodidit aureo libello *de morib. Germ. c. XX.* (c) quod licet appoſitum ſaepius ac repetitum a viris patrii iuris conſultiſſimis, qui de hoc argumento haud

(c) Inde tamen generalem haud ſequi putauerim illationem, quae HEINECCIO placuit *Element. iur. Germ. T. I. Lib. II. Tit.* 9. §. 16. *p.* 527. veteres Germanos eosdem, quos Ius Romanum inculcat, habuiſſe ſucceſſionis gradus, *deſcendentium* puta; *adſcendentium et collateralium*; ſicuti nec meam fecerim, quam idem vir illuſtris *l. c. in nota* ſubminiſtrat, regulam: *Leges Germanorum omnes parentes ad luctuoſam liberorum admiſiſſe hereditatem.* Liberalem nimis hanc eſſe aſſertionem facile agnoſcet, qui ſaltem magni diſſenſus meminerit, quo ab ſe inuicem diſſident Germanicarum gentium inſtituta in adſcendentium ſucceſſione. Vt enim taceam *Legem Burgund. Tit.* 14. §. 2. non proſpicere patri vel matri, ſed deficientibus liberis ad defuncti ſorores, vel proximos agnatos hereditatem deuoluere: nemini ignotum eſt, conſuetudines, ante conſtitutionem Carolinam a. 1724 latam, *in Auſtria* adſcendentes quosuis a cernenda hereditate remouiſſe, v. FINSTERWALD *Lib. II. obſeru.* 119 *p. m.* 609 LVDEWIG *Reliq. Mſt. T. VII. p.* 211. ſicuti et non ita longinqua eſt temporis illius memoria, quo in terris *Wilſtricis* et *Crempenſibus* paluſtribus, die Cremper und Wilſter Marſch vocant, *mater* a luctuoſa liberorum hereditate prorſus repulſa, omnino excluſa eſt a defuncti fratribus etiam vnilateralibus. Proſcripſit ſuperiori abhinc ſeculo exulemque voluit hanc conſuetudinem Fridericus III. Rex, matremque ſecundum diſpoſitionem

 Nouellae

haud proletaria scripserunt, iterum tamen in medium proferre haud dubito. Ita enim egregius ille vetusti moris interpres l. c. *Heredes*

Nouellae CXVIII. cap. 2. cum fratribus et sororibus germanis filialis hereditatis fecit participem. Datum est rescriptum regium Tychopoli anno 1652. d. 25. Iunii, quod, cum a nemine, quantum scio, citatum allatumque repererim, verba eius hic adscribam, ne temere aliquid adstruxisse videar. Wir Friederich etc. fügen hiemit zu wissen / daß uns von Unsern Stadthalter / Landräthen / Cantzler und Räthen den 9ten verflossenen Monaths Martii dieses 1652. Jahres - - - referiret worden / welcher massen bey damahls angegangenem Ober-Amts-Gericht in puncto successionis ab intestato eine Sache aus der Wilster-Marsch fürgekommen / daß der leibliche **Sohn die leibliche Mutter von der verstorbenen leiblichen** respectiue **Schwester und Tochter Erbschafft gänzlich** excludiren **wollen / deswegen auf eine altbero gebrachte in der** *Cremper-* **und Wilster-Marsch übliche Gewohnheit**, die er mit verschiedenen actibus extraiudicialibus, darauf die Unter-Richter in den ersten Instantzen im Urtheil-finden / ihr Absehen gerichtet / beleget / sich beruffen; die Mutter dahingegen auf die allgemeine Reichs-und Sachsen-Rechte / und daß diese Gewohnheit wieder die natürliche Billigkeit und gesunde Vernunfft laufft / auch weder in Unter-oder Ober-Gerichten contradictorie eingeführet / noch approbiret, also unzuläßig / sich fundiret; wann wir dann aus Liebe zur wehrten Iustice und Landes-väterl. Vorsorge / daß alles in Unter-oder Ober-Gerichten nach dem beschriebenen Kayserl. Rechte / auch der natürl. Billigkeit / worauf unsere Fürstenthümer / in so weit keine rationable und approbirte Consti-

redes successoresque sui cuique liberi: nullum testamentum. si liberi non sunt, proximus gradus in successione, fratres, patrui, auunculi. Qui-

Constitutiones, Statuta, Gewohnheiten und Gebräuche eingeführet und vorhanden / gewiesen / im decidiren und Urtheil fällen eingerichtet und erhalten werde / sorgfältig bedacht seyn; So haben wir auch diese Sache ‥ erwogen und überleget / und demnach wir befunden / daß die angezogene Gewohnheit ‥ in iudicio contradictorio nicht erstritten/noch sonsten approbiret / über das wieder die natürliche Billigkeit und beschriebene Kayserl. Rechte lauffe ‥ so haben wir es zwar *in casibus praeteritis*, worunter auch dieser letzte zwischen Marten Trügen und Michel Fredmann in Kriegerischer curatel Anna Trügen wieder Johann Kreyn und Peter Löwen in Kriegerischer Vormundschafft Margret Trügen / seel. Sielcken Löwen Verlassenschafft betreffend / mit begriffen und verstanden werden soll / bey der allegirten in been *Crempers* und Wilster-Marschen hergebrachten *obseruancen* gelassen, und die darinn von den Marsch-Räthen abgesprochene Urthele allergnädigst *confirmiret*. Constituiren aber / setzen und verordnen / thun auch solches hiemit in Krafft dieses in vim pragmaticae sanctionis, aus gewissen bewegenden Ursachen / insonderheit / daß die Eltern ihre legitima in ihrer verstorbenen Kinder hereditaet in Krafft natürl. und andern Rechten nicht können beraubet werden / sondern in künfftigen dergleichen succesions-Fällen die Eltern nicht sollen excludiret / sondern in ihres verstorbenen Kindes Verlassenschafft / mit desselbigen vollbürtigen Brüdern und Schwestern nach Verordnung der Kayserl. Rechte succediren und Erbtheil nehmen sollen. Gebieten ꝛc. Sed, quod maius est, tulerunt ita non solum Marsorum instituta, vt *germani* fratres matri praeclude-

Quibus verbis planiſſimis motus, non poſſum non meliorum interpretum ſententiae accedere, qui, Germanos veteres, docent, exule

cluderent viam liberis ſuccedendi, ſed vindicarunt etiam in concurſu matris et *vnilateralium* his praerogatiuam et ius excludendi matrem mores domeſtici, quorum incolae iudicesque rurales fuerunt quam tenaciſſimi. Id enim abunde pateſcit, ex ſententia in appellationis inſtantia die 25. Ianuar. 1640. prolata, digna ſane, quam hic quoque recitemus: In Appellations Sachen TiesBoltens in Curatel ſeiner Hausfrauen Klägerin Appellantin contra Carſten Gloyern Bekl. Appellaten in puncto ſucceſſionis ab inteſtato der Klägerin verſtorbenen ehelciblichen Kinder Erbſchafften / welche Beklagter pupill, als der verſtorbenen Kinder halbbürtiger Bruder / zu erben / und der klagenden Mutter darinn praeferiret zu werden ſuchet, erkennen Wir Chriſtian IV. etc. daß die Richter erſter (h. e. in iudicio rurali, *Lodding* dicto, quod in Marſia Crempenſi XXXII., in Wilſtrienſi vero XVI. iudices e plebe ruſtica lecti conſtituunt) und anderer Inſtantz (in iudicio *Goeding* ſ. *Ladgoeding* appellato, vbi XII. viri die 12. ſichre Holſten ſalua ad iudicium ſummum praefecturae (das Ober-Amts-Gericht) appellatione, ex moribus patriis ius reddunt) übel geſprochen, ſelbes Urthel zu reformiren ſey / klagende Mutter auch in ihrer verſtorbenen Kinder Erbſchafft den beklagten halbbürtigen Kindern vorzuziehen / und Bekl. ſchuldig ſey / der Klägerin die Erbſchafft cum omni cauſa zu reſtituiren / und ſoll dieſer Königl. Urtheil tanquam ſanctioni pragmaticae hinführo in iudicando nachgegangen werden. Manifeſtum eſt, Wilſtriae hoc inſtitutum iuri Saxonico e diametro repugnare. *Specul.*

le pactitia et testamentaria, non aliam agnouisse, quam, quae familiarum flori et incrementis prospicit, legitimam succedendi rationem.

§. II.

cul. Sax. L. I. art. 17. vt haud aberrauerint, qui origines huius instituti annumerant consuetudinibus prouinciae particularibus domi natis, geminisque fere Longobardorum placito antiquo, de quo testimonium tulit ANDREAS DE BARVLO *ad Leg. Longob. Tit.* 14. *De iure Longobardico nullus cognatus ad successionem admittitur*, (*quod intellige in linea collaterali vel adscendenti*) *unde* mater proxima cognata non succedit filio, *quia cognata est, non agnata. Sed in linea descendenti secus est. Nam filius matri succedit.* Dum vero in eo discrepant Longobardorum et Marsorum Holsatiae mores, quod hi matrem fratribus iam defunctis ad successionem liberorum vocent, illi matrem prorsus, vt cognatam, filialis hereditatis iudicent incapacem; consona magis dixerim iura Suerinensia de a. 1222. quae ex septem fragmentis edidit notisque egregiis instruxit Perillustris Holsatiae Cancellarius DN. DE WESTPHALEN *Monum. inedit. T. I. p.* 2007. *seq.* vbi de successione matris haec leguntur *num.* 19. *Si moritur quis* heredum, *illius transibit hereditas* ad fratrem. *Omnibus* (fratribus) *defunctis*, transibit ad matrem. Alia in hoc argumento iam non memorabo statuta. Sufficiat haec saltem eo fine adduxisse, ne ita generalem et ab exceptionibus immunem credamus regulam ab HEINECCIO propositam: *Germanos omnes omnino adscendentes, deficientibus descendentibus, ad hereditatem vocasse.*

§. II.

Antiquiſſimi moris, vt in plerisque aliis, ita in ſucceſſionum iure, tenaces ſe exhibuerunt Germani mei etiam inſecuto tempore, illudque familiarum conſeruandarum ſtudium conſtanter fouerunt, humanitati et vtilitati publicae nimis aduerſum fore ſentientes, ſi vel odii, vel amoris impotentis ſtimuli illud rationabile ſtudium vincere poſſent adeoque transuerſum agere patremfamilias, vt alienam ſucceſſionem propriae, et extraneam domum ſuae, pro qua laboraſſet et diſcrimina ſubiiſſet, domui anteferret. Equidem non deſunt, qui verba captantes in contrariam partem *Legis Angliorum* (d) afferunt placita, quae *libero homini hereditatem ſuam, cui velit, tradendi* indulgent poteſtatem: vnde argumentum nectunt, hoc iure, per vltimum arbitrium legitimis hereditatem auferre licuiſſe. Aptior tamen et analogiae iuris Germanici conuenientior eorum eſt ſententia, qui hanc legem de libero homine, cui *nulli erant neceſſitudine iuncti*, interpretantur. (e) Imo vero

(d) Apud LINDENBROGIVM *Cod. LL. antiqu. p.* 485. et LEIBNITIVM *Tom. I. Script. Rer. Brunſuic. p.* 84.

(e) Illuſtr. Dn. de GOEBEL Diſſ. *de ſucceſſ. ab inteſtato.* §. 7. *p.* 7.

Quae

vero argumentis haud poenitendis petitaque a consuetudinibus Anglo-Saxonum inductione probari potest, ne hic quidem Germanicum morem migrasse Anglios immoderataeque libidini familias pessundandi portas aperuisse. Quodsi enim verum, vt sane est verissimum, adiisse seculo V. Britanniam Anglos in solo Slesuicensi residentes, (f) intulisse-

Quae explicatio quomodo probetur concentu legum Germanicarum medii aeui, docebitur § *seq. not. r.*

(f) BEDA *Histor. eccles. gent. Angl. lib. XV p.* 45. NENNIVS *Histor. Briton. c.* 28 *ap.* GALEVM *Script. Rer. Brit. T. I. p.* 105. GALFREDVS *Monument. histor. reg. Brit. VI.* 15. *ap.* COMMELINVM *Script. Rer. Anglic. p.* 45. THOM. ELIENSIS *ap.* WHARTON. *Angl. sacr. T. I. p.* 593. AELNOTHVS in *vita S.* CANVTI *c.* 11. *p.* 27. Sigillatim de Iutis Cimbris, Anglis, sede et moribus connexis, et in Anglia in tractu Cantii et Vecta insula considentibus memoratu dignus est locus Legis EDVARDI. *c.* 35. *ap.* DAV. WILKINSIVM *collect. LL. Anglo-Sax. p.* 206. : GVTI *vero similiter cum veniunt, suscipi debent et protegi in regno nostro, sicut coniurati fratres, sicut propinqui.* Quin seruatur adhuc Iutorum in Anglia nomen in memoriam transmarinae eorum patriae, in vocabulis *Guith*, *Guitland*, a CAMBDENO fusius descriptis, vt ergo docente PONTANO in *epistol. ad Christ. Frys Daniae Cancell.* adiecta ab ANT. MATTHAEI ANDR. ALCIATI *Tr. contra vitam monast. p* 253. *Guti* et *Gutones* iidem sint qui *Iuti* et *Iutones*, et habeas in Britannia *Gutlandiam* a Iutis nostratibus, *Saxoniam* a Saxonibus, *Angliam* ab Anglis Cimbris, quin, quod me docuit insignis

 et alibi

lisseque terrae transmarinae suas consuetudines, mores, iura, adeoque iam seculo V. conscriptam legem, quae ANGLIORVM et WERINORVM inscribitur: (g) quis quaeso mihi

et alibi curatius expendendus locus *Monachi Dunelmensis* apud HENR. WHARTON, *Angl. sacr. T. I. p* 691. ipsum insulae Cimbricae *Heiligolandiae* nomen in Britannica insula *Halieland*. Addi haec possunt, si tanti sint, illis, quae de aliis appellationibus locorum Cimbricorum, e. g. *Kilonii*, *Lundini*, in Britanniam a Cimbris et Anglis inuectorum stupendo eruditionis apparatu conduxit Dn. DE WESTPHALEN *T. III. Monum. ined. praef. p.* 79. *seq.*

(g) Hanc enim legem ab HEROLDO, LINDENBROGIO et LEIBNITIO editam, seculo V. litteris consignatam *Anglos* Slesuicenses, *Werinosque* in Megapoli, Rugia et Pomerania considentes obligasse, et cum his aduectam esse in Britanniam, vix est dubium, docuitque id pluribus, quem non sine maxima veneratione nomino Dn. DE WESTPHALEN *praef. Monum. T. I. p.* 106. *seq.* Quod quidem vlterius confirmatur ex memorabili *legum forestalium* Canuti loco, quem a nemine, quantum scio, adductum, integrum hic apponam. Clarissime enim Rex in Anglia ad Leges illas *Werinorum* prouocat *art.* 33. *p.* 240. ap. HENR. SPELMANNVM *Archaeolog. p.* 240. *Quod si casu inauspicato huiusmodi canes rabidi fiant et vbique vagantur, negligentia dominorum illiciti et emendetur regi pro illicitis. Quod si intra septa foresta reperiatur talis, exquiratur heres, vt emendet secundum pretium hominis mediocris, quod secundum* LEGEM WERINORVM *est XII. sol.* Frustanea ergo omnis, quae legem hanc regionibus nostris eximit, est opera, et qui cum CONRINGIO,

mihi vitio vertet, si mare traiiciam, ex vsu Anglorum Britannicorum genuinum Anglicae legis sensum repetiturus, et vt lucem foenerer et interpretationis subsidia capiam fir-

 missi-

GIO, HEROLDO, HERTIO, LEIBNITIO, MOLLERO, HEINECCIO, illam inter Thuringicas, vel cum ECCARDO *ad L. Sal. p.* 253 inter Francicas reponunt, nescio an paratiora habituri sint suffragia, quam Dn. a LVDEWIG, qui, lectione vulgata et vetustissimis Heroldianis codicibus probata, procul esse iussa, substituit in inscriptione, *Lex Angriorum et Werrinorum* h e. Thuringorum, (circa *Werram* fluuium olim et nunc habitantium) comprobante lectionem Cl. PETRO GEORGISCH disp. *de origine, caussis et occasione formae I. R. Germanici praesentis p.* 25. Enim vero vti Thuringos *Werrinos* in monumentis vetustis appellari non facile quis ostenderit: ita Angriorum lex cum Ostfalica conspirans, teste SCHATENIO *Annal. Paderborn. P. IV. p.* 497. pars fuit Saxonicae, dissonans hinc inde a Westfalorum institutis, nec *Angria* dicta, sed *Angarica* in fragmento chartae Witelonis Episc. Mindens. ap CHRIST. VLR. GRVPENIVM, virum perdoctum, *Discept. et Obseru.* 1. *c.* 2. *p.*553. nil quicquam habuit commune cum lege Anglorum. Quin si absque auctoritate codicum et membranarum ex ingenio fingere, refingere nouas, vrere et secare vetustas liceat lectiones, vereor, ne data hac licentia vllus tandem futurus sit suspicandi nec finis, nec modus. Et quid tum? si illud *Werinorum* concoquere nequeas, quid impedit, quo minus et ego ingenio iureque vtar eodem, commendemque pro inscriptione *Legis Werinorum*, aliam lectionem, *Angliorum et Cimbrorum.* Sed de hoc alibi dispiciendum.

missima ex monumentis, legibus, institutis Anglo-Saxonum. Quae dum excutio, illud certe videre mihi videor, habuisse vtique Anglo-Saxones vsum testamentorum; (h) nil tamen

(h) Documento sunt, quae ex membranis in lucem reuocarunt scriptores Anglici, testamenta bene multa, Aethelstani scil. editum a SOMMERO *tr. Of. Gavelkynd p.* 198. Alredi, exhibitum in versione Latino-Normannica a SPELMANNO *in vita Alfredi M. ed. Oxonii* 1678. *append.* 2. aliaque sat antiqua, partim laudata, partim producta a MADOXIO *formul. Anglic. p.* 427. GEORGIO HICKESIO *diss. epist. ad Showerum T. II. Thesauri p.* 51.* *seqq.* et SPELMANNO *in reliquiis Spelman. p.* 130. MICH. ALFORDO *Annal. Eccles. Anglo Saxonic. T. II. p.* 417. quorum tamen nullum ita comparatum est, vt censuram Iuris Romani sustineat, vel cogitationem excitare coniecturasque suppeditare possit, testamentorum vsum a Romanis ad Anglo Saxones esse deriuatum. Aliter quidem visum est inaestimabili HICKESIO *l. c. p.* 56. Sed quamdiu mihi non persuadetur, heredis institutionem in testamento Romano sine periculo nullitatis omitti potuisse, feminae, et in potestate testatoris constituti, quo minus ad testimonium perhibendum admitterentur, nil obstitisse, testamenta Romano iure ad mortem vsque testatoris neque mutationi neque reuocationi fuisse obnoxia, cessasse adeo axioma de voluntate testatoris ad mortem vsque ambulatoria, perinde denique I. R. fuisse, an sedecim, vndecim, septem, an tantum vnum adhibueris testem, (nam ad has regulas fere composita sunt testamenta Anglo-Saxonum) haec omnia, inquam, nisi iure Romano ita sese habuisse comperiam, in ea ero manebo-

tamen per ea derogari potuiſſe iuri heredum legitimorum, quin praedia et immobilia quaeuis (*Bocland* dicta) a teſtamentaria diſpoſitione exemta, (i) iure *Gaualeti* vel *Gauelkyndi*

neboque haereſi, ſtudium clericorum, vt in Germania, ita etiam in Anglia commendaſſe et inuexiſſe teſtamentorum vſum ex rationibus notiſſimis, iam non recoquendis, et prolixius expoſitis ab Ill. KOPPIO *de teſtament. Germ.* §. 4. 5. *ſeq.* Accedit etiam illa non vana, et quae ſententiam noſtram non parum iuuat, obſeruatio, quod cauſae teſtamentariae et vltimae defunctorum voluntates apud Anglos ad forum eccleſiaſticum pertinuerint, ſubiectaeque fuerint cognitioni Epiſcopi aut eius vicarii. Qua in re teſtimonium defero RANVLPHO de GLANVILLA *de Legibus et conſuet. Angl. L.VII. c.* 8. vbi: *Si quis aliquid dixerit contra teſtamentum, ſcilicet, quod non ſit rationabiliter factum, vel quod res petita non fuerit ita, vt dicitur legata; tunc quidem placitum illud in* Curia Chriſtianitatis *audiri debet et terminari. Quia placitum* de teſtamentis coram iudice eccleſiaſtico *fieri debet, et per illorum, qui teſtamento interfuerunt, teſtimonia, ſecundum iuris ordinem terminari.* Alia conduxit SELDENVS tum in *notis ad Eadmerum p.* 187. tum in *tr.* cui titulus: *Of the originall of eccleſiaſticall iuriſdiction of teſtaments.*

(i) Haec enim familiae conſeruanda, nec dari, nec vendi, nec vlla teſtamentaria diſpoſitione heredibus adimi potuiſſe, cum multa probent Legum Anglo Saxonicarum loca, tum maxime liquet ex *Legibus Aelfredi c.* 37 *ap.* WILKINSIVM *l. c. p.* 43. et NICOL. COLETTI *T. XI. Concil. p.* 558. *Si vero quis terram hereditariam* boclande) *habeat, quam parentes eius ipſi reliquerunt, tunc ſtatuimus,* vt

di (k) relinquenda fuisse legitimis, (l) hisque exstantibus nullam siue contractu siue testamento patuisse viam ad euertendum pro lubitu ius consanguineorum: vt adeo facile appareat, tum demum iure Anglo-Saxonico pro arbitratu de bonis suis legem dicere licuisse,

vt eam non vendat a cognatis heredibus suis: et *ex Legibus Henrici I c.* 70 *l. c. p.* 267. *Si Bocland habeat, non mittat eam extra cognationem suam.* Erunt forsan, qui fluctus in simpulo mouentes, occinent nobis, in Aelfridiana lege de venditione tantum esse sermonem, nec a contractu, qui mutuo duorum consensu nititur, ad testamentum, quod ab vnius voluntate pendet, consequentiae filum temere ducendum. At hos bonos viros, quibus alioquin, si in foro Romano digladientur, argumentum libenter concedo, memores esse velim axiomatis: *quae olim ex legibus Germanicis obseruanda fuerunt in traditionibus inter viuos, eadem et locum inuenisse in testamentis*, insimulque eos rogatos cupio, vt discant testamentorum Germanorum et Romanorum indolem accuratius distinguere, ne vna eademque decempeda mores dimetiantur diuersissimos.

(k) Docente vel ipsa etymologia. *Gauelkynd* enim nil aliud refert, quam si diceres tributum soboli debitum, a *Gauel* tributum et *cyn* s. *kynd.* Plura suppeditat SOMMERVS, qui de hoc iure singularem sub titulo *of gauelkynd* conscripsit tractatum, editum a. 1663.

(l) Quod quidem pro lege apud Anglos vsque ad a. 1540. mansisse docet SPELMANNVS *Archaeolog.* p. 259. quo primum Henricus VIII. potestatem ciuibus concessit, de terris, praediis, et allodialibus quibusque immobilibus pro arbitratu disponendi in vltima voluntate.

cuisse, si successores deficerent descendentes, adscendentes, collaterales, fratres scilicet et sorores.

§. III.

Incredibilis hoc in argumento est legum Germanicarum borealiumque concentus, mirandaque harmonia, vt vno eodemque oraculo Themidem hanc dictasse legem Germaniae incolis pariter ac septentrionalibus populis dixeris, vt bona ad eos peruenire paterentur, quibus naturalis aequitas illa destinauit. Quod cum conductis legum Germanicarum testimoniis aliisque rationibus iam demonstrauerint Viri doctissimi ac celeberrimi, (m) malim nihilo minus probationibus roborare firmissimis, quamuis Germani superioribus seculis receperint (n) nul-

(m) Dn. SENCKENBERG disp. *de testamento publico.* SVMMERMANN tr. *de origine testament. ap Romanos et Germ. ed. Berolini.* SAM STRYKIVS *de testament coniug. reciproc.* BARTENSTEINIVS disp. docta *de heredipetis.*

(n) Cuius receptionis in Germania rationes historicas cum pererudite iam exposuerint Ill. KOPPIVS, SVMMERMANNVS, HEINECCIVS, SCHILTERVS, nil amplius superest, quam vt adsurgam in gloriam et elogia *Cimbrorum ac septentrionalium*, illisque laudes vindicem promeritas, quod patrii iuris custodia diutissime man-

nullam fere iurisprudentiae Romanae partem maiore cum lubentia, quam eam, quae de testa-

mansërit apud eos farta, tecta, abhorruerintque ad recentiora vsque tempora a peregrinis institutis non sine insigni fructu et commodo familiarum. Illud quidem non negauerim, constatque tum ex *Iure Iutico L. III. c.* 45. tum ex codicillis Magni Reg. Norvag. d. 1277. a MAGNAEO *Hafn.* 1719. et Absalonis Archiep. Lund. a SPERLINGIO *ibid.* 1696. editis, fertilem fuisse clericorum operam in commendandis donationibus ad pias causas, zu Seelgaben: (quas vtique odiosas fuisse ex hoc patet, quod, si tabulae produci non potuerint, sed clerici ad voluntatem nuncupatiue declaratam prouocauerint, heredi cum XII. consanguineis (*Kionseiden*) iurare licitum fuerit, rem in controuersiam deductam esse suam, nihilque iuris aliis in ea competere, *Ius Iut. L. I. c.* 44.) nil tamen inde decedit gloriae Cimbrorum et populorum borealium: quae salua est, si hos lege perpetua *nil testamentariae successioni dedisse* euicerim. Et de Sueo-Gothica gente hoc dubium quodammodo reddi posset, cum ex *Iure Ostro-Gothico Tit. de hered. c.* 11. fundi et caetera bona, cui visum esset, in fraudem heredum dari vel legari potuerint. At notat CAROL. LVNDIVS *prolegom. ad L. Vpland. p.* 7. Birgerum Iaerl hanc legem abrogasse. Quin idoneus mihi testis est STIERNHOECKIVS *de iure Sueon. vetusto p.* 179. vbi docet, testamentariam ipsis ignotam fuisse successionem, nisi quod legare potius permissum, idque tamen non sine heredum consensu, si res fuerit immobilis et hereditaria. auita, Adde LOCCENII *regulas iur. Sueo-Goth.* adiectas *LLbus Suet. ciu. p.* 48. et licet hodie testamentorum vsum, remotis tamen Iur. Rom. ambagibus, apud Sueones obtinere, ex nouioribus sanctionibus testentur LVNDIVS *diss.*

testamentis praecipit, vix tamen ac ne vix quidem ex animis eos dimisisse illam, quae de legitimae successionis praerogatiua sibi a maio-

diss. de iustitia et iure Sueon. p. 194. LOCCENIVS *Synops. Suet. iur. Diss.* 8. §. 12. 18. manifesto tamen illud inter pristini moris reliquias referendum puto, quod vltima voluntas testatoris ad certam ac in iure definitam bonorum partem sit restricta, nec vagetur per omnem bonorum substantiam. Vide *Leges Sueticas ciuiles Tit.* 3. *c.* 19. *p.* 65. *ed. Loccen.* De Dania et Cimbria decantatum habemus testimonium P. R. Innocentii III. in *c.* 2. *X. de consuet.* laudatum iam pridem a GVNDLINGIO *P. VII. Gundlingian. obs.* 4. *p.* 173. VOGTIO diss. *de testament. secund. iura Slesu. c.* 2. *p.* 19. Ill. KOPPIO *l. c.* §. 2. *p.* 125. aliis, et ex ipsa Christiani Alberti constitutione d. 3. Dec. 1653. publicata, qua ditionis Gottorpiensis subditis libertas secundum LL. Romanas conscribendi tabulas testamentarias indulta est, sponte conficitur, coluisse Cimbros ad sera vsque tempora vnicam hanc fere legitimae successionis regulam sine vlla exceptione. Quin adscribendum id plane eidem principio studioque seruandarum familiarum, quod in hac pactorum hereditariorum apud Cimbros specie, (*floetfören*) qua quis propter senectutem aut corporis infirmitatem sub reseruatione alimentorum ad dies vitae et quicquid vlterius in legem conuentionis venit, bona sua transfert, *consanguineorum* semper sit ratio habita, nec permiserint patria instituta cum extraneo hoc pactum celebrare, insalutatis heredibus legitimis. Hi ergo semper, non secus ac in quacunque immobilium alienatione, in placito publico capti consilii certiores erant reddendi, si forte e re visum foret suscipere agnatum, vel iuri suo renuntiare. Iuuat audire vetustum

 illud

maioribus traditam acceperant, opinionem. Sane qui arctiores teſtamenti factionis, tum quo-

illud patrii iuris monumentum, quo nihil in Cimbria noui elegantius, *Legem Scanicam Lib. II. c.* 4. *de a.* 1160. *Si quis propter rerum penuriam vel propter corporis debilitatem ex torpore ſenii vel languoris anguſtia procedentem, vel ob alia miſerabilia fortunae grauamina ſibi non ſufficiat vitae neceſſaria procurare, cum* heredibus ſuis *conueniat, vt inter eos bona, quae poſſedit, partiatur, ab eis per vices circumeundo vitae neceſſaria recepturus, in* communi iure (Dingſtedte) *facta coram omnibus proteſtatione, ne ſic legitime facta conuentio vel valeat immutari, vel in dubium vocari - - Si vero* nullus cognatorum *ei voluerit neceſſaria miniſtrare, in iure dies praefigatur, in quo ſi* cognati *cum eo* noluerint conuenire, *libertatem habeat cum bonis ſuis ad* extraneum, *quem voluerit, tranſeundi.* Ita in iure *Iutico L. I. c* 32. De ſick floetfören will / de ſchal ſick erſt mit allen ſinen Gelde und Gude / dat he heft / ſinen nechſten Fründen / de em arven ſchålen / tho Recht anbeden / deit he dat nicht / mögn ſe ehme deelen / tho ſiner eegen Friheit edde tho ſick ꝛc. add. L. I. c. 25. Eadem fere reperiuntur in *Codice iur. Sialandici nouiſſ. Chriſtianeo dicto L. V. c.* 1. *art.* 9. *Iure Friſico d.* a. 1558. *art.* 36. *Iure Nordſtrandenſi P. II. art.* 53 *p.* 56. 57. *Legibus Suetiae prouincial.* Caroli *IX. Tit. IV. c.* 31. *p.* 62. *ſeq. ed.* Loccen. *Nemo poteſtatem habeat terram ſuam offerendi vel donandi aliis pro alimentis ſuis, niſi legitimis heredibus.* Genuinum hoc eſſe pactum hereditarium, moribus patriis radicatum, et in omni Germania frequentiſſimum, id quidem facile animaduertere licet ex formulis MARCVLFI *Lib. II.* 13. apud BALVZIVM *Capitul. reg. Franc. T. II. p.* 413. *Lindenbrogiana* 58. *l. c. p.* 526. *Lege Saxon. Tit. XIV.* §. 2. et conſuetudine ciuium Germaniae ſuperioris et inferio-

quoad perſonam teſtatoris, tum quoad ipſa bona, apud Germanos cogitauerit limites,(o) qui meminerit Superioris veniam ad teſtamentum condendum fuiſſe neceſſariam, (p) aucto-

ferioris, qua ruſtici ſenes atque decrepiti, qui rebus ſuis amplius ſupereſſe nequeunt, reſeruatis ſibi alimentis certis, bona ſua liberis, vel his deficientibus proximis heredibus aliisue tradere ſolent, BESOLDVS *Theſ. pract. in auct. voc. Hauptrecht p.* 368. STRYKIVS *de iure auorum Vol. II. diſp.* 25. nullumque mihi eſt dubium, quin argumentum hoc iuris Cimbrici melius expectet lumen ex rationibus et praeſidiis domeſticis,, et ex natura et indole pactorum hereditariorum, quam ex arrogatione Romana, licet hanc inuita Themide in ſubſidium vocauerit Kilonienſis quondam anteceſſor FR. ERN. VOGTIVS *l. c. p.* 15. Sed dignum hoc argumentum eſt, cui enucleando impendamus aliquando horas: hoc enim loco ſatis eſt, aſſertioni noſtrae acceſſiſſe exinde hoc robur, quod in teſtamentaria aeque ac in pactitia ſucceſſione *legitimorum* ratio ſemper ſit habita, quos vel *conſentire*, vel iuri ſuo *renuntiare* oportebat, antequam ad *extraneum* peruenire poſſet hereditas.

(o) Euoluenda hic eſt, quam ſupra iam citaui, elegantiſſima diſputatio *Heineccjana*, nouo ex monumentis Germanorum lumine nunc illuſtranda quodammodo et vlterius firmanda.

(p) Cuius inſtituti in Ducatu Slesuicenſi veſtigia licet iam deprehenderit HEINECCIVS *diſſ. cit.* §. 13. et *Elem. iur. Germ. L. II. Tit.* 7. §. 192. *p.* 509. commode tamen et generaliter dici non poteſt, ne vlli quidem ciuium Slesuicenſium ius competere teſtandi, niſi illud a Principe

auctoritatem iudicialem, mentem ſanam in corpore ſano requiſiuiſſe in ordinando teſta-

cipe impetrauerit. Ex VOGTII enim *diſſ. l. c.* §. 3. *c.* 2. conſtare poterat, pertinere hoc tantum ad nobiles Sleſuicenſes, non vero ad ciues indiſtincte, cum indulta ſit iam pridem teſtamenti factionis facultas Eyderoſtadenſibus, Nordſtrandenſibus, Tönningenſibus, Huſumenſibus, Fridericoſtadienſibus, prorogaueritque hanc indulgentiam ad certa loca antea reſtrictam aeternae gloriae princeps ChriſtianusAlbertus edita an.1653.d.3.Dec.inclyta conſtitutione, qua cum omnibus omnino ditioni Gottorpienſi ſubiectis communicata eſt libera teſtandi poteſtas, et in terris Danico-Sleſuicenſibus an. 1707. d. 21. Ian. hunc rigorem ita temperauerit glorioſiſſimus Fridericus IV. Rex. Dan. vt quisque liberis orbus, in coniugis ſuperſtitis commodum condito teſtamento poſſit decedere. Habes vero in teſtamenti factione arbitrio ſuperioris reſtricta concentum conſuetudinum Anglo-Saxonicarum, docentibus tabulis teſtamentariis Wulfari, Byrthrici, Aethelſtani apud HICKESIVM *diſſ. epiſtol.* *p.* 51. et SOMMERVM *tr. l. c. p.* 198. qui ſtatim in limine *conſenſus regii* meminerunt, et de moribus Teutonum ſuccurrit charta Caroli IV. Imp. de a. 1359. qua M. Nicolao Wurmſern pictori aulico permiſit: *quod ipſe poſſet* diſponere, *legare*, *donare*, teſtari *et ordinare* de bonis ſuis omnibus mobilibus et immobilibus et rebus ſuis *in vita ſua vel in morte pro libito voluntatis*, *cum et ſine clauſula ratihabitionis*, *non obſtantibus quibuscunque iuribus*, *conſuetudinibus*, *ſtatutis et ordinationibus*, apud GLAFEYVM *Anecd. T. I. n.* 20. *p.* 43. Idem Imperator ſingulari diplomate a LEHMANNO *Chron. Spirenſi L. VII. c.* 41. *p.* 787. exhibito repetitoque apud LVNIGIVM *Reichs-Archiv. P. Spec.*

testamento instituta maiorum, qui denique attenderit, bona hereditaria et immobilia ab vltima dispositione exemta fuisse prorsus, heredes in immobilibus exheredari plane non potuisse, necessarium idcirco proximorum con-

Spec. Cont. IV. P. II. p. 486. indulsit ciuibus Spirensibus: Wir geben ihnen auch freye Gewalt und gantze Macht/ ihren Erben ihr Gut zu lassen/ oder für ihre Seel zu setzen/ oder wem sie wollen/ zu geben/ wo oder in welchen Gerichten das Gut gelegen ist. Quin Hamburgi ius testandi adhuc Sec. XIV. pependisse ab *arbitrio magistratus*, id quidem percipio ex membrana insigni, data feria I. post Luciae an. 1385. a NICOL. STAPHORSTIO *Histor. Eccl. Hamb. T. II. Period. 3. c. 2. p.* 662. producta: *Sciendum, quod* consules Hamburgenses de speciali gratia *indulserunt et annuerunt Ghevehardo de More campanario ecclesiae b. Mariae*, quod poterit habere liberam facultatem faciendi et condendi suum testamentum, et quod valeat legare et donare donationem *siue inter viuos, siue inter mortuos etiam* cuncta bona sua mobilia et immobilia, *in quibuscunque rebus et bonis consistunt, vxori suae seu ciuibus ac personae seu ecclesiasticae seu seculari, et etiam ea in pios vsus conuertere, sicut eidem placuerit* etc. His si addideris chartam Conradi Imp. de a. 1139. apud SCHANNAT. *Histor. Wormat. Cod. dipl. n.* 75. et diploma Ermengaudi Abbatis de a. 1231. in MARTENE *Thes. nouo Anecd. T. I. p.* 868. subiunxerisque, quae ex moribus Belgarum attulit HEINECCIVS l. c. extra omnem dubitationis aleam positam vides regulam de odio testamentariae et fauore legitimae successionis, de qua constitutas leges haud migrare licuit libera voluntate et arbitrio priuatorum.

consensum in consignandis tabulis, (q) quin nefas existimatum fuisse supremis tabulis de

(q) Cimbricorum et Teutonicorum iurium concordia etiam in hoc est insignis, exploratumque in patria mea, nullius momenti esse testamenta, quibus bona hereditaria et immobilia (nam his splendorem familiae et fortunam posterorum vnice inniti recte rationes subduxere Germani) aliis destinata sunt, quam *proximis heredibus*, nisi horum consensus accesserit et auctoritas. Laudare hic sufficiat *Ius Husumense P. II. tit.* 9. *Nordstrandense P. II. art.* 23. *Frisicum boreale d. a.* 1558. *art.* 37. *Eiderostadense d.* 1572. *art.* 31. 37. *d.* 1591. *P. II, art.* 9. *Fridericostadiense P. II. sect.* 3. *Tit.* 1 *art.* 7. *Ditmarsicum art.* 27. *Lubecense L.* 1. *Tit.* 10. *art.* 6. *et d.* 1240. 1243. 1270. *apud perillustr. Dn.* DE WESTPHALEN *Monum. ined. T. III. p.* 640. 636. 622. *Hamburgense P. III. Tit.* 1. *art.* 6. 7. quae conferre iuuabit cum iure *Stadensi P. I. c.* 4. *ap.* SENCKENBERGIVM *Select. T. VI. p.* 289. *Goslariensi ap.* LEIBNIT. *T. III. Rer. Brunsu. p* 494. *Mindensi L. II. Tit.* 1. *art.* 5. *Suerinensi T. I. Mon. ined. p.* 2007. *Ostfrisico art.* 27. *Luneburgensi P. IV. Tit.* 1. *Bremensi P. I. ord.* 10. *apud* OETKENIVM *Corp. Constit. Oldenb. P. VI. Mulhusino ap.* SENCKENB. *de clausulae codicill. inefficacia* §. 5. 17. *Kedensi c.* 20. *Kulmensi L. III. T.* 3. *c.* 4. 7. *Hadelensi d.* 1583 *P. III.* §. 8. apud Ill. PVFFENDORFFIVM *Obseruat. iur. vniuersi App. p.* 39. institutis denique Batauorum, Sueo-Gothonum et Islandorum, expositis quidem a STIERNHOECKIO et LOCCENIO *ll. cc.* ZYPAEO *notitia iur. Belgici p.* 182. IONA ARNGRIMO *de republ. Islandor. p.* 469. Ill. LEYSERO quidem *Collat prisci iur. Sax. cum Iure. Rom.* §. 24. *p.* 31. hoc quicquid est iniquitatem et dispositionem naturali rationi contrariam sapere videtur. At vereor, ne vir elogio meo

de hereditate disponere, si exstarent liberi heredesque ab intestato:(r) haec inquam ali-
aque

meo maior hic aliquid dederit iuri Romano et §. 40. *Inst. de R. D.* domini voluntatem rem suam in alium transferre volentis ratam habere iubenti. Sed quamdiu non edoceor, iura domestica ad normam Latialium, tanquam ad lapidem Lydium, exigenda, rationemque et aequitatem earum ex legibus transalpinis solum aestimandam esse, saluum puto Germanorum principium, rationibus suffultum Latio quidem inconcinnis, Germaniae vero statui examussim respondentibus.

(r) Id enim apud Germanos et Germanicae originis populos, cum testamentorum vsum aliquem habere coepissent, remansisse animaduerto, vt, quamdiu legitimus adesset heres, *neque testamento neque pacto locus daretur* ad eripiendam his spem, quibus lex hereditatem adsignauerat, sed tum demum vltimum arbitrium dicere bonaque pro lubitu extraneis adscribere liceret, si deficerent legitimi. Quod non solum patescit *ex Lege Wisigothor. Lib. IV. Tit. 5. p. 89. edit.* LINDENBROGII: *Vt pater et mater, auus aut auia, quibus quempiam filiorum vel nepotum meliorandi voluntas erit, hanc seruent omnino censuram, vt supra tertiam partem rerum suarum, meliorandis filiis aut filiabus vel nepotibus atque neptibus ex omnibus rebus suis nihil amplius impendant*, neque facultatem suam *ex omnibus* in extraneam personam transducant, *nisi fortasse prouenerit*, veros legitimos filios vel nepotes non habere superstites: verum etiam ex statutis ciuitatis Grammont. d. a. 1220. apud AVBERT. MIRAEVM *diplom. Belg. T. I. Oper. p. 292. ed.* FOPPENS lucem foeneratur. Ita enim illa habent: *Si quis fuerit* absque herede, libertatem habeat erogandi sua, et hereditatem *tam ecclesiae, quam pau-*
peribus

aque argumenta qui perpenderit, non poteſt non vtraque manu palpare, remanſiſſe ex cataclyſmo, quo peregrinum ius omnem Germaniam inundauerat, principia Germanorum ſarta tecta, quae legitimae ſucceſſioni bene cupiunt, tuentur dignitatem et opes familiae, nec inuidia teſtatoris aut heredipetarum artibus iura propinquorum conculcari patiuntur.

§. IV.

---

peribus in eleemoſynis. Eiusdem patrii moris genuina veſtigia reperies in Legibus Neoſtadio Auſtriae a. 1277. a Rudolpho I. Imp. datis, exhibitisque ab HVEBERO et PETZIO, *Codice diplom. epiſtol. P. II. n. 222. p. 133. Quilibet ciuium in extremis poſitus liberam ordinandi de rebus ſuis habeat facultatem*, iure *tantum* domini ſui, vxoris, heredum et noſtro in omnibus reſeruato: nec non in ſtatutis Ronneburgenſibus d. 1380. apud LOEBERVM *Hiſtoria Ronneb. app. p* 23. Jrer Habe noch wes Gutes ſol nimmer erſterben/ ſie ſeyn inwendig der Stadt oder auswendig/ ſondern ſie ſollen ewiglich uf ihre nechſte Erben fallen; denique in legibus ciuitatis Graeffenthalenſis d. 1412. a CHR. GOTTL. RICCIO, viro de iurisprudentia Germanica praeclare merito editis *Hiſtor. Statut. L. I. c. 14. §. 17. p. 255.* verbis: Auch geben wir ihnen zu Rechte/ ob ein Mann oder eine Frau lege in ihrem Todt-Bette/ und wolte beſcheiden zum Schaden ihrer Kinder/ des ſol keine Macht haben: quae ſane ita comparata ſunt, vt argumentum firmiſſimum praebeant, introducta licet et admiſſa teſtamenti factione, nil eam tamen officere debuiſſe *liberis* aliisque *heredibus ab inteſtato.*

§. IV.

Enimuero, quam saepius iam memoraui, huius iuris ratio antiquissima, conseruatio nimirum et incrementum familiarum, apud omnes fere populos effecit, vt commune bonorum dominium vniuersae familiae tribuerent et liberos in primis, ipsa naturali ratione iubente, viuis adhuc parentibus condominos, ac proinde parentibus vita functis pleno iure dominos rerum a parentibus relictarum existere voluerint. (s) Sicut igitur ad obtinendum finem propositum, florem familiarum, omnino necessarium erat, bona in familia eadem, quamdiu quisquam ex ea superesset, perpetuo iure manere ac certo ordine possessores ex illa nancisci: ita simplicissima patescit ratio *condominii* (t) omnibus, qui eiusdem familiae

(s) Memorabilis hanc in rem locus est PROCOPII *Persicor. Lib. I.* qui ex interpretatione Latina sic habet: *Leges, quae caeterum inter homines plurimis differentiis inter se pugnant, in hac re tam apud Romanos, quam omnes barbaros consentiunt atque conspirant, vt liberos dominos pronuntient rerum a patre relictarum.*

(t) Vid. omnino Ill. SENCKENBERGIVS de *Testamento publico* C.3. §.3. *s. p.*35. *s.* et *de successs. filiar. in regnis et principat.*

liae erant, adſignati, quod quidem non poterat non eo praeſentius et fortius ius dare, quo propius bonorum dominum et poſſeſſorem

cipat. c. 1. *ſq.* vbi ex moribus Romanorum, Graecorum, Germanorum condominium liberorum perdocte ſtabiliuit expoſuitque origines tanto apparatu, vt nihil mihi fere relictum ſit, quam vlterioris probationis gratia ſymbolam addere ex iure Cimbrico, quo communionem iſtam ſiue condominium inter parentes et liberos obtinere non vno loco poteſt demonſtrari. Eo enim pertinent verba *Iur. Iut. L. I. c.* 6. *§. fin.:* Wente alle köffte Land, dat de Bonde köfft/ in edder buten der Gemenſchop mit ſinen Kindern, dat wert des Vaders Land genömet: et porro *L. I. c.* 7. *pr.* Sitten de Söne na der Moder Dode mit dem Vader in der Gemenſchop/ unde ſind xv. Winter old/ und willen van dem Vader affſcheden: ſo mag he en irer Moder Gudt/ nicht vörentholden. Sunt vero, quae ex principio condominii explicantur commode, et inſignem ex eo lucem capiunt, varia patrii iuris argumenta. Primo enim diſcimus, quare parentes liberos ſuos nonnunquam vocarint *Mitherren*, *coheredes*, in chartis apud LVNIGIVM *Spicileg. Eccleſ. P. III. p.* 326. DE LVDEWIG *Reliqu. MScr. T. V. p.* 74. Deinde hinc intelligimus, quare in alienandis immobilibus requiſiuerint parentes *conſenſum liberorum*, quorum eo ipſo ius reale non poterant non agnoſcere, quod alienationem conſenſu denegato vel impedire, vel a tertio reuocare poſſent rem alienatam. Luculentiſſimos condominii hos effectus deprehendet, qui meminerit genuinae condominii indolis et naturalis regulae: *vt condomini omnia coniunctim gerant, adeoque in re communi nemo dominorum quicquam faciat inuito*

ſorem cognatione quisque contingeret. Hinc vero conſequens erat, vt liberi et proximi de familia ſucceſſores futuri hoc condomi-

uito altero: quod potior ſit conditio prohibentis; quod in huiusmodi condominio pro partibus indiuiſis nemo partem ſuam deſignare poſſit, adeoque ius cuiuscunque condominorum in omnia ad condominium ſpectantia ſe extendat, caetera. Quae cum ita ſint, nequeo accedere obſeruationi, quam de conſenſu illo liberorum nuper velut myſterium quoddam in vulgus enuntiauit vir ſcriptis editis celeberrimus et, quo elogio ipſe vti ſolet, *practiciſſimus*, dum eum *ſollemnitatis* magis, quam *neceſſitatis* gratia requiſitum fuiſſe putat moribus Germanorum. Non ſuccenſebit vir conſultiſſimus rem inauditam haud facile capienti et ad occultae adhuc veritatis indicium haerenti, atque expectanti, quam cordatiores adhuc deſiderant, probationem. Enimuero cum ſciam, alienationes neglecto conſenſu filiorum et heredum factas, oppugnatas et expugnatas legitime ab his fuiſſe: vid. charta apud GRVPIVM *Origg. Liuon. p.* 207. LVDEWIGIVM *Reliq. Tom. II. p.* 367. HEYDENREICHIVM *Hiſtor. Schwarzburg. p.* 29. cum porro edoctus ſim, parentes filiis adhuc impuberibus allodia ſua in alios tranferentes, ſollemnem cautionem interpoſuiſſe de procurando conſenſu filiorum, ſi ad annos diſcretionis peruenerint, vid. diploma apud MARQ. HERRGOTT. *Geneal. diplom. gent. Habsp. Tom. II. p.* 294. SCHANNAT *Vind. litter. Collect. I. p.* 211. non ſane dimoueri me patiar ab eorum ſententia, qui neceſſitatem conſenſus docent ex condominio oriundam. Qui vero condominium familiarum in cerebro natum eſſe figmentum argutetur, illum certe ablegauerim ad antiquiſſima gentis

 noſtrae

dominii iure (u) inscii nec consentientes non possent sine maxima iniuria priuari. Vnde iam constat proxima causa et verum fundamentum succesionis legitimae, (x) pactis aeque

nostrae instituta, vt discat ex IVLIO CAESARE *de Bell. Gall. L. IV. c. 1. et L. VI. c. 22.* TACITO *de M. G. c. 26.* agros fuisse totis familiis quoad vsum et dominium communes, vt adeo non potuerint non esse prohibitae alienationes omnibus haud suffragantibus factae, ita, vt si reliquis inuitis alienare quis ausus, eiusmodi res reuocari possent, perinde ac si haud distractae, non restitutis iis, quae alter rei comparandae gratia dederat.

(u) Quod condominium heredum indigitat et ipsa appellatio der Erben, qua nil aliud inuolui, quam *dominos* et socios, qui in communione rei vel iuris sunt, docent praeter ECCARDVM *catechesi Theotisc. p.* 159. WALDSCHMIDIVM *de pact. Ganerbin.* §. 4. nomina et appellationes Hamburgi, Stadae et alibi obuiae, der Brau-Erben, Erbsassen, Erb-Zinß: Bürgermeister und Rath und die Erben, in charta de a. 1561. apud SCHANNATVM, *Probat. Client. Fuldens. n.* 153. formulae in pactis dotalibus colonorum Luneburgensium frequentissimae: Die Braut freyet sich zu dem Bräutigam in als Erbin seiner Güter, h. e. fit bonorum condomina. Conf. Ill. ESTOR kleine Schrifften *P. XI. p.* 417.

(x) Plerique cum GROTIO *de Iure Bell. et Pac. Lib. II. c. 6.* quos inter HEINECCIVS *Elem. iur. Germ. Tom. I. p.* 527. LEYSERVS *Medit. ad Pand.* 4. 5. *Spec.* 551. ad voluntatis defuncti vel expressae vel tacitae, et quos hic sibi heredes esse in votis habuerit, fundamentum recurrunt, quod tamen anceps admodum et lubricum apparet, si descendas ad quae-

aeque minus interuertendae, ac ſuprema poſſeſſoris bonorum voluntate.

V.

Quae licet ita ſint, obſeruandum tamen eſt, feminarum, fratribus exſtantibus, nullum apud Germanos fuiſſe condominium, nullamque adeo in bona auiatica allodialia ſucceſſionem. Nec latet genuina cauſa. Quodſi enim conſideres, omnes Germanos ingenuos fuiſſe milites, et de terris quibuscunque poſſeſſores militatum ire debuiſſe: facili negotio intelliges, non niſi militibus ſeruitiorumque capacibus terras cedere potuiſſe, inter quos cum haud liceret computa-

 re

quaeſtiones ſpeciales, quinam ſint illi, quos ſibi heredes defuncti voluntas optauerit? Cariores forte? et hi quinam ſunt? Saepius cognatos, fratres ſummo proſequimur amore: contra ſaepenumero *fratrum quoque gratia rara eſt.* Quid carius coniuge? illa tamen caritas non effecit, quo minus Romani eam a ſucceſſione excludederent. Quid carius filiabus? attamen nec hae ſemper paternam hereditatem in veteri Latio et Germania cernere poterant. Longe facilius rationes ſucceſſionis legitimae explicare datur ex principio condominii. Hinc enim optime quoque intelligitur, quare coniugibus dederint reciprocam ſucceſſionem Germani, ſcilicet, quia vxor

re feminas; oportebat has a fucceffione in terras excludi. Cum enim feruitia terrarum

vxor cum marito viueret in *bonorum communione* fiue *condominio*, quod ftatim nancifceretur, vbi laborum periculorumque focia in thalamum et amplexus mariti perueniffet: non fecus ac olim antiquo Romanorum iure feminas, quae per confarreationem in manum mariti conuenerant, participes omnium bonorum et facrorum redditas, marito tanquam filiasfamilias iure fui heredis fucceffiffe memoriae tradiderunt VLPIANVS *Fragm. Tit. XXII.* §. 14. GELLIVS *Noct. Attic. XVIII. 6.* DIONYSIVS *Halicarnaſ. Lib. II. p.* 93. Porro ex condominio heredum conftat, quare poffeffio hereditatis ex moribus Germanorum *ipſo iure* tranfeat in heredes, iure Romano autem dominium rerum ad hereditatem pertinentium ipfo iure fit liberorum, qui αὐτοκληρονόμοι καὶ συνδεσπόται conftituti iam funt in vniuerfitate et condominio, nec opus proinde habent *ſollemni aditione*, quia *dominium*, quod viuo parente quodammodo habuerant, continuare videntur, §. 3. *Inſt. de hered. quae ab inteſtat. defer. l.* 11. *ff. de lib. et poſtum.* Quin illud ius liberorum in bona parentum in caufa fuit, vt exheredationes apud Germanes vel plane non vel certe difficulter procederent, et ne recepto quidem I. R. aliquibus in locis admitterentur. *Reform. Francof. P. IV. Tit.* 3. §. 8. 9. Tandem nec latet genuina ratio, cur emancipati Romanorum et feparati Germanorum, figillatim Lubecenfium, Hamburgenfium, Sufatenfium, Gedanenfium, quia domo paterna adeoque condominio quodammodo exeunt, non cernant hereditatem paternam, et cur idem fatum expertae fint femellae, quoniam hae non condominae, nifi viuo parenteque

rum nomine praestanda, (y) terrae militum erant ipso iure et, quia milites sine terris, vnde tum in pecuniae defectu apud Germanos vnice reditus quaerendi, sumptus in apparatum militarem facere non poterant, necessario terris praediti esse debebant. (z) Feminae

te, quousque fratres non aderant, aut quousque nondum elocatae et dotatae. Taceo alia momentosa successionis capita, quorum explicatio a condominii principiis pendet. Addam modo, vt ex ipsa Imperatorum mente hoc ius aestimari queat, verba diplomatis Caroli IV. Imp. a GLAFEYO *anecd. Tom. I n.* 474. *p.* 537. descripta sequentia: *Quatenus eis* (Clukowitziis) *vt ipsi omnia et singula bona* ipsorum hereditaria mobilia et immobilia in vnum possent componere, *et indiuisi patrueles existere, eaque cum eorundem prouentibus et obuentionibus vniuersis insimul et* indiuisim *tenere, habere, eisque vti, frui et gaudere taliter, quod eorum altero sine legitimis heredibus decedente bona sua omnia et singula* hereditaria mobilia et immobilia *ac etiam alia bona quaecunque, in quibuscunque rebus consisterent, in alios cederent ac ad* eos de iure tanquam indiuisos eorum consanguineos et patruos et heredes ipsorum deuolui *sine quouis obstaculo et contradictione valerent.* Aliud eiusmodi insigne diploma de a. 1351. extulit SENCKENBERGIVS *prodromo iur feud. p.* 141. *et in primis lineis condominii pro indiuiso App. n.* 3. *p.* 37.

(y) Quorum modus luculenter describitur in *capitulari an.* 812. apud BALVZIVM *Tom. I. p.* 490. *sq. add. capitul. an.* 828. *p.* 554.

(z) Hinc praedia non potuerunt non semper eousque apud

minae autem, cui erogatio in militiam non erat necessaria, sufficere vtique poterat, si, quo-

pud vnum ex familia manere, ita tamen, vt reliquis inde vitae praestarentur subsidia, vti id quidem inter illustres hodie obseruatur. Quorum subsidiorum loco, quam primum domo et familia exirent, praestanda erat certa pecuniae summa, vel aliud quid pecuniae vicem praestans, quod aut in proprietatem daretur, aut vero sublata causa alimentorum, si liberi in locum succedentes non adessent, ad eum, qui dederat, rediret. Proinde etiam plerumque feminis certa portio concessa est, quae tantum redituum ferret, quantum alias, quousque in aedibus morabantur, assignatum fuerat. Ideo adhuc hodie filiae illustres, v. g. 4000. thaleros loco dotis accipientes, quousque apud fratrem degunt, 200. thaleros quotannis sibi vindicant, quae sunt ipsae dotis huius vsurae. Indeque fortassis originem traxit, quod multi dotes illustrium pro alimentis habuerint cum MENOCHIO *de arbitrar. Iud. quaest. L. II. cas.* 149. Conf. SENCKENBERG. *de Grauam. in legitima c.*3. §.17. Caeterum adhuc deprehenduntur vetusti huius moris, quo filiae accepta dote a parentum hereditate excludebantur, vestigia clarissima in iure Frisiorum Wursatiae, quod post HARO EIDE FAVWES non ita pridem edidit Ill. PVFFENDORFFIVS *in Obseru. iur. vniuers. App. n.* 2. *p.* 62. vbi quoad hoc argumentum ita habetur: Wenn Söhne oder Töchter verhanden, so bestimt oder giebt der Vater seiner Tochter, oder auch nach dessen Tode der Sohn seiner Schwester aus den sämtlichen Gütern einen gebührlichen Brautschatz, wann solches geschehen, kan die Schwester mit dem Bruder in Vater und Mutter, Schwester und Bruder Gut nicht erben.

ſi, quousque in domo patris vel fratris remanebat, alimenta acciperet et ad maritum dimittenda dote congrua ornaretur. (a)

§. VI.

Tanta eſt inſtitutorum, quibus nationes Germanicae hoc in argumento vſae fuerunt, conuenientia, vt, ſi ex ſuaui hac harmonia et ex veſtigiis iurium Germanicorum per omnia Europae regna reperiundis argumentari placuerit, (b) habiturus ſis pro iure Gentium mores Germanorum, (c) qui filias a ſucces-

---

(a) Excutiemus hoc argumentum ex moribus Nobilium Sueuiae, Franconiae et Holſatiae noſtrae, vbi ad *indolem ſucceſſionis inaequalis Cimbricae* deuenerit diſſertatio, futuro otio reſeruanda.

(b) Cum GROTIO *de iure Bell. et Pac. Lib. II c. 8. § 1. n. 2.*

(c) Quas Germanorum veterum Leges, filias plane non admittentes, vel eas non niſi deficientibus fratribus, vel ſaltem ad immobilia non vocantes, cum partim transſcripſerint, partim expoſuerint GVNDLINGIVS *de renuntiat. hered. filiar. illuſt. c. 1. §. 11. ſeq* BVRGEMEISTER *Theſ. iur. equeſtr. p. 388. ſ.* POLACKIVS *ſyſtem. iurispr. Germ. antiq. c. 13. p. 47.* HEINECCIVS l. c. L. II. *Tit. 9. §. 219. ſq.* IOH. VLR CRAMERVS *de pacto heredit. renunt. c. 1. §. 3. p. 3. ſeq.* et qui omnium diligentiam longe vicit, SENCKENBERGIVS *tr. de ſucceſſione filiarum in regnis et principatibus, C V §. 34. ſeq.* licet mihi eſſe breuiori, et indicandis placitorum Germanicorum

 locis

sione repellunt. Et de FRANCIS quidem id docet *Lex Salica Tit. LXII. §. I. Formula* MARCVLFI *Lib. II. form. X. app. c. 47. p. 461.* (d) de RIPVARIIS, *Lex Ripuar. Tit. LVI. §. 2.* de

cis solum contento. Ne tamen prorsus hic abeam ἀσύμβολος, post tantorum virorum messem instituam spicilegium annotationum ex lectione monumentorum subinde enatarum. Caeterum quae de hoc argumento commentati sunt PAGANINVS GAVDENTIVS et IVARVS NICOL. HERSHOLMIVS, Danus, vsum expectabunt in aliqua trans Alpes republica.

d) Apud STEPH. BALVZIVM *Capitul. reg. Franc. T. II. p.* 412. *et* CVIACIVM *Obseru. VIII.* 14. *p.* 328. *Diuturna*, *sed impia inter nos consuetudo tenetur*, *vt* de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habeant. *Sed ego perpendens hanc impietatem*, *sicut mihi a Deo donati estis filii*, *ita a me sitis equaliter diligendi*, *ut de res meas post meum discessum equaliter gratuletis. Ideoque per hanc epistolam te*, *dulcissima filia mea*, *contra germanos tuos filios meos illos in omni hereditate mea equalem et legitimam esse constituo heredem*, *vt tam de* alode paterna, *quam de* comparatum *vel mancipia aut presidium nostrum*, *vel quodcunque moriens reliquero aequali lance cum filiis meis germanis tuis diuidere vel exaequare debeas* etc. Tria sunt, quae mihi circa hanc formulam in mentem veniunt; *primo*, non nudas Francos eiecisse filias suas, sed iis largitos esse nonnihil de bonis rebusque mobilibus, *drappis* siue *fabricaturis* aliisque *vtensilibus*, docente MARCVLFO *l. c. p.* 411. nec denegasse eis successionem in bona nouiter acquisita, (nam inter haec et hereditaria semper distinxerunt Franci, vt praeter *form. Marculfi Lib. I.* 33. *p.* 392. *app. c.* 46

de BVRGVNDIONIBVS Lex *Burgund. Tit. XIV.* §. I. de ALAMANNIS, *L. Alam. Tit.* LXXXVIII. de

46. *p.* 461. *c.* 49. *p.* 463. docent charta Clodouaei ap. CAROLVM COINTIVM *Annal. eccles. ad an.* 496. *n.* 3. *p.* 173. *Capit. Caroli Calui a.* 860. *apud* BALVZ. *l. c. T. II. p.* 144.) licet eas allodialium, hereditariorum, et quod idem est terrae paternae exsortes voluerint; *deinde*, ad haec bona indipiscenda duplicem tantum viam filiabus patuisse, quarum altera fuit prouisio parentum filias aliquando tenerrime amantium, altera vero filiorum non extantium et praemortuorum casus; *tertio*, non successisse adeo per *legem in alode paterno ex filia nepotes cum auunculis suis*, nisi singularis auorum dispositio et epistola firmitatis eos aliquando ad aequales cum auunculis vocaret partes; cuiusmodi exemplum habetur in *formula Sirmondica* 22. *ap.* BALVZ. *l. c. p.* 480. MARCVLFI *L. II.* 10. *p.* 411. Caeterum cum in recitata formula exclusio illa filiarum ab hereditate paterna tribuatur *consuetudini*, id quidem non solum manifesto intelligitur, *legem Salicam* hic venire sub nomine *consuetudinis*, verum etiam, quod ὡς ἐν παρόδῳ annoto, firmamentum inde accipit eorum sententia, qui *consuetudinem iuris Germanici legem expresse scriptam et ius constitutum* praesupponere contendunt, quorum argumentis addiderim probationes diplomaticas ex LVNIGIO *Reichs-Archiu. Cont IV. p.* 1333. RANGONE *Pomeran. dipl. p.* 168. STRVVIO *Histor. Polit. Archiu P. III. p.* 283. FRITSCHIO *add. ad* LIMNAEVM *T. III. p.* 225. III. ESTORE *Analect. Fuldens. p.* 3. 4. vbi conscriptae literis Leges appellantur *consuetudines*, non secus ac apud Gallos et Batauos, quos statutorum legumque prouincialium codices *Coutumiers* siue *Coustumen* vocare nemo est qui ignorat. vid. BOVCHELIVM *Tresor du droit françois T. I. p.* 666.

de BOIIS *L. Baiuuar. Tit. XIV. c.* 8. quorum placita in omnibus fere consona libenter adscriberem, nisi nota essent satis repetitaque frequenter a scriptoribus et commentatoribus rerum iuriumque patriorum. (e)

§. VII.

(e) Ex aliis tamen Germaniae et Europae monumentis vnum alterumque adducam, vt stabiliatur magis, quam de exclusione filiarum, eam iuris fere Gentium esse, supra professus sum sententiam. Aduoco huc *Consuetudines Lotharingicas Tit.* 5. §. 1. ibi: *Toutes fois, entre gentils hommes les* freres excluent leurs soeurs, *et ne sont capables de succeder tant qu' il y a fils ou filles, à faute des quelles elles y hereditent.* In *Borussia* adhuc pagana, docente HARTKNOCHIO scriptore domestico, *Chron. Boruss. P. II. c.* 7. §. 10. nemo nisi filius patris hereditatem consequi potuit, et apud *Polonos*, solos filios, vt familiarum conseruationi consulatur, paternorum esse heredes, filiabus quidem dote pro facultatum viribus ipsis constituta contentis, retulit DRESNERVS *Instit. iuris regni Polon.* ed. *Zamoscii* 1613. 4. *Lib. II. Tit.* 25. Quod si verum est, reliquias has dixerim iuris Teutonici siue Magdeburgici a Polonis teste DVGLOSSO *Histor. Pol. VII. p.* 750. adoptati, et quod docent LIPSKII, ZAWACKII, PETRICOVII, KODVLSKI opera practica, nec hodie extra omnem vsum apud eos positi. De *Austria* tanto fidentius crediderim *Obseruationibus* WALTHERI *Austriacis*, quanto certius ex chartis apud MARQV. HERGOTTIVM *Geneal. dipl. aug gent. Habsp. T. II p.* 38. et GVICHENONIVM *Biblioth. Sebus. Cent. I. n.* 99. *p.* 170. constat, regionem eam vsam olim esse lege Alamannica. Quid vero Burchardus Episc. Wormat. a. 1024. circa exclusionem sororum

§. VII.

Excutienda potius ſunt CIMBRORVM inſtituta, videndumque, an in filiarum ſucceſſione easdem cum Germanis tibias inflarint gentes ſeptentrionales, *Gothi*, *Dani*, *Normanni*, *Longobardi*, *Angli* et *Saxones* Cimbris noſtris amiciſſimo nexu, familiaritate, ſedibus et origine quam coniunctisſimi. Et primo quidem commune iſtud principium: *vt hereditatem defuncti, filius, non filia, ſuſcipiat*, tanto rigore inculcat *Lex Angliorum* (f) *Tit. VI.* §. 1. vt, ne deficiente quidem filio, filiae ad bona immobilia parentum iuris quicquid competere diſertiſſimis ſtatuat verbis: *ſi filium non habuit, qui defunctus eſt, ad filiam pecunia et mancipia, terra vero ad proximum pater-*

rum ab hereditate allodiali ſtatuerit, optime cognoſcitur ex lege ipſius familiae apud SCHANNAT. *Codic. probat. Epiſc. Wormat. p.* 47. cuius particulam huc pertinentem adduxit PITHOEVS *gloſſ. p.* 703. ed. *Baluz.* Haec ſi addideris iis, quae in *Deuteronomio* et *Iuſtiniano Harmonico* conquiſiuit GIESEBERTVS, recte PE. GREGORIVM *Tholoſanum Syntagm. iur. XLIII. c.* 3. *XIIII. n.* 4. ſtatuiſſe dixeris: *Saniores populos feminas a ſucceſſione remouiſſe.*

(f) Quam legem cur in explicando argumento iuris Cimbrici citauerim, expoſui §. II. not. f.

paternae generationis consanguineum pertineat: et ne forte vltra paternam hereditatem hanc dispositionem in praeiudicium filiarum vix operari quisquam putet; statim de hereditate materna additur §. VI. *Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli, id est, murenas, nuscas, monilia, inaures, vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuisse.* (g)

§. VIII.

(g) Notandus quam maxime hic legis Anglionum §. VI. cum antecedenti V. propterea, quod in illis *successionis Hergeuetticae et Geradicae* antiquissima vestigia deprehenderint Perill. Dn. DE WESTPHALEN *notis ad ius Suerinens.* T. I. *Monum. ined. p.* 2046. et HEINECCIVS *l. c. p.* 532. vt pigeat fere inueteratae de instituto Henrici Aucupis fabulae, quam ex male intellectis GOBELINI et BOTHONIS locis mirifice fouerunt, qui in rerum expeditoriarum et vtensilium origine euoluenda calamum exercuere, commentatores. Apud Cimbros successio Hergewettica olim sub schemate, *Styres-Hafne*, frequentissima fuit, moresque patriae in eo cum Saxonicis plane gemini, quod neque feminae neque illegitimi (*Schegfredbarn*) in ea succederent, sed masculis legitimis siue subiectis capacibus deficientibus res tanquam destituta et aperta rediret ad Principem. De qua re ita *Codex iuris Cimbrici* disponit *L. III. c.* 20. *p.* 140. De Söhne erbet de Styres-Hafne na den Vader/ ock de Vader na dem Sohne. Unde also ock de ene Broder na den

§. VIII.

Nec multo aliter rationes subduxisse Anglis Cimbricis conterminos SAXONES, vltro

---

den andern. De Süster overst ervet de Styres-Have nicht, ock nicht de Moder noch de unechte Sohn noch de Dochter. Und wenn de Vader sinen unechten Sohne als uplete/ und schötede ene wat he hadde/ so dann kann he eme doch de Styres-Hafne nicht schöten. Et antiqua iura Slesuicensia c. X. Lewet ock de Vader na der Moder Dode/ de Kinder mögen mit nenem Rechte van den Vader eschen dat möderliche Erve/ so lange went de Vader en ander Wiff nimmet/ doch eynen ysslicken Sone is he plichtig to gewende III Marck/ enen Schild/ eyne Gleving/ und ein Schwerth. De ratione successionis in res expeditorias apud Sueo-Gothos (*Wigharff*) expedit audire STIERNHOECKIVM *de iure Su:on. et Gothor. vetusto II.* 3. *p.* 199. *Sed et*, inquit, *apud Suecones praeter Geradam et rerum expeditoriarum peculiaris etiam apud nostros fuit in arma successio tantum* masculis *concessa*, *in qua et accurata graduum distantia obseruata fuit*, Wigharff *dicta*, *de qua nil cautum est in iure communi hodierno.* Nomen vero ipsum quod attinet, *Wigh* Germanis et Gothis notat arma, *enwigh* duellum, *Wiigsbot* multa caedis, *Wiga*, *Wigand*, *Hartwig* bellator strenuus, vt testimoniis WILLERAMI et ex historia Gothica petitis docent SCHILTERVS *Gloss. v. Wig* et LOCCENIVS *Lexico iuris Sueo. Goth p.* 191. Iam si addideris vocem *arff*: habes *Wigh arff*, hoc est successionem in arma. In Fimbria siue Femaria in hunc vsque diem ex pristino iure Saxonico, quod insula pars olim Wagriae sanctissime coluit, superstites sunt successionis Hergewetticae (Harnisch vocant) reliquiae, dispositumque

tro colligitur ex Lege eorum *vetustissima Tit. VII.* §. 1. vbi non solum iubetur: *vt pater aut mater defuncti, filio non filiae hereditatem relinquant*; sed et adeo huic principio insistitur, vt nepotibus ex filio praemortuo vindicetur ius excludendi filias. Eo enim spectant verba §. VIII. *si quis filium aut filiam habuerit, et filius vxore ducta filium genuerit et mortuus fuerit, vt hereditas patris ad filium filii i. e. nepotem, non ad filiam pertineat.* (h) Et ne insequen-

que est in constitutione Iohannis ducis die Erbfälle betreffend d. Bordisholmii d. 12. Febr. 1563. So schal dat Harnisch syn dat 20. deel eines Mannes und nicht der frauen Gut / welche mit Gelde aftolösende/ und solches schall empfangen de oldeste Sohne / so van XVIII. Jahren (qui est in omni Cimbria maioris aetatis terminus) vorhanden wäre / und hernach mit den andern Brödern in ehren mündigen Jahren tho gelicke deelen; were averst kein Sohn vorhanden / tho schal idt des doden Broder / edder in Mangel desulvige datnebst empfangen. Quae iura ex indole gentis bellicosae, in qua homines inter arma nati amarunt inter arma expirare, deriuanda esse nemo non videt.

(h) Anglios ne quidem filiam deficientibus filiis ad immobilia bona parentum vocasse, modo diximus. In quo tamen ab illis discedunt mores Saxonum, filiae tum demum istam succedendi spem tribuentes, *si defunctus non filios, sed filias reliquisset*, cum filii praemortui filias non excluderent, si ex illis nepos non exstaret. Et de hoc

quentibus temporibus, priſtinaque morum rubigine deterſa, rem aliter ſeſe habuiſſe et filias cum filiis hereditatem paternam aequa lance diuiſiſſe quis putet, attendat quaeſo, quod de moribus ſui ſeculi teſtimonium perhibuit ECCO REPKOVIVS *L. I. art.* 17. *p.* 50. edit. GAERTNER. *Vater und Muter, ſchweſter und bruder erbe nimt* der ſun *unde* nicht die tochter, *ez en ſi, daz da chein ſon ſie, ſo nimt iz die tochter.*

§. IX.

Quae cum ex moribus Angliorum et Saxonum teſtatiſſima ſint, nullum quoque mihi

hoc quidem caſu intelligenda ſunt, quae *hereditatis paternae ad filias transmiſſae* mentionem faciunt, monumenta veteris Saxoniae; quin et inde ratio redditur, quare in alienandis rebus allodialibus *filiarum conſenſus* tunc tantum a parentibus requiſitus fuerit, ſi deficientibus filiis et ex filio nepotibus quaeſitum ſibi haberent filiae condominium, adeoque ius ſuccedendi. Rem commode illuſtrat luculenta charta Ottonis III. Imp. d. a. 996. quam ex GELENII *vita S. Engilberti p.* 319. ad vnum omnes deſcripſerunt, PONTANVS *Hiſtor. Geldr. p.* 72. SCHATENIVS *Annal. Paderb. T. II. p.* 343. STANGELFOLIVS *Annal. circ. Weſtphal. p.* 202. LVNIGIVS *Spicil. Eccl. T.* 1. *p.* 1171. DITMARVS *Cod. diplom. annalibus Teſchenmach. ſubiuncto n.* 36 *p.* 29. LVDEWIGIVS *Opp. Miſcell. T. I. p.* 639. et nouiſſime HARENBERGIVS *Hiſtor. Gandersh. p.* 245.

mihi eſt dubium, quin cuſtodiuerit populus noſter haec depoſita maiorum in ſedibus transmarinis et in acquiſita Britannia. Et quamuis in legibus Anglo-Saxonum vetuſtisſimis a ſeculo VI. vsque ad X. conſcriptis et a LAMBARDO, WEHLOCIO et WILKINSIO editis nil occurrere meminerim, ex quo excluſio illa feminarum a ſucceſſione parentum expreſſe comprobari queat, (forte quia legislatores ſuperuacaneum ducerent de re notiſſima verba facere:) confirmauit tamen ſaluumque voluit antiquum in Anglia inſtitutum Guilielmi Conquaeſtoris filius Henricus I. in *Codice Legum* an. 1142. (i) promulgato, vbi *cap.* 70. (k) haec habentur: *Si quis ſine liberis deceſſerit, pater aut mater eius in hereditatem ſuccedant, vel frater aut ſoror, ſi pater aut mater deſint. ſi nec hos habeat, ſoror patris vel matris et deinceps* in quintum geniculum (l) *quicunque pro-*

(i) vide THOMAM RVDBORNE in *Hiſtor. Wintonenſi* apud HENR. WHARTON. *Angl. ſacr. T.* I. p. 274.

(k) Apud DAVID. WILKINSIVM *Collect. LL. Anglo Sax. p.* 266.

(l) Cum Germani et Saxones ſoliti fuerint ſecundum corporis humani membra gradus cognationis computare,

propiores in parentela fuerint, hereditario iure succedant, et dum virilis sexus exstiterit et hereditas ab inde sit, femina non hereditabitur. Non multo post in Cantia repetitum proposuit patrium placitum Eduardus II. vt ibidem omnes heredes masculi participent hereditatem et Gauelkind, sed *feminae cum masculis non participent.* (m) Quae cum adeo clara sint, non potuerunt non ita ratiocinari ICti Anglici, BRACTONIVS *L. I. c.* 30. n. 3. RANVLPHVS DE GLANVILLA *L. VII. l.* 3. AVTOR FLETHAE *L. VI. c.* 1. *p.* 371. regulamque exstruere generalem, *ne femina cum filio cernat hereditatem in Anglia.*

§. X.

re, SCHILTER *Thes. antiq. Germ. T. III. p.* 56. sponte liquet, *geniculum* nil aliud esse, quam verbum Germanicum, idemque notare, quod *genu*, Knie/ quoniam tot genua i. e. iuncturae, quot gradus hic finguntur. Dictum hoc fit FRESNEO, qui cum *geniculum in LL. Longob. Ripuariorum et Salica* chartaque Conradi Imp. ap. AVGVSTINVM DE LA CHIEZA *histor. Pedemont Eccles. c.* 20. obseruasset, *genus* sibi inde fingit f. generationes. Caeterum in termino succedendi ad quintum generationis gradum ex Lege Henrici restricto, conueniunt placita *Angliorum et Werinor. Tit. VI.* §. 8 *vsque ad quintam* generationem *paterna generatio succedat.*

(m) In *Statutis de praerogatiuis Reg. Eduardi II. ed.* 1717. C. *XVI.*

§. X.

Id enim facile eſt ad exiſtimandum, NORMANNORVM in Anglia legislatores, ſuperadditis licet transmarinis Neuſtriae Legibus, (n) libentius admiſiſſe in occupata nouiter prouincia ſcitum domeſticum, quod ipſi quoque ex patriis laribus et ſeptentrione relatum (o) memori ſemper circumtulerunt pectore in ſubactis Galliae, Italiae et Angliae regionibus. (p) Certe, cum in *codice iuris Normannici L. II. c.* 27. *n.* 18. (q) diſponatur, quod *ſorores in hereditate nullam debeant portionem reclamare verſus fratres, vel*

(n) GERVASIVS *Tilberienſis ap.* CAMBDENVM *in Britannia p.* 94. *Autor dialogi fiſcal. ap.* SPELMANNVM *Archaeolog. p.* 359. THOMAS RVDBORNE *l. c. p.* 259.

(o) ADAM. *Bremenſ. hiſtor. eccl. c.* 220. *ap.* LINDENBROGIVM *Script. Rer. Sept. p.* 58. *Chron. Vulturn. ap.* MVRATORIVM *Script. Rer. Ital. T. I. P. II. p.* 512.

(p) Appoſite inde HICKESIVS *praef. ad Theſ. lingu. Septentr. In* Normannica gente *iuris iter facile eſt ad oſtendendum. Nam fuerunt illae* Cimbris *vicinae, ſed inde egreſſi niſi Germani omnes, certe Saxones. Et vti* Angli *propago* Saxonum, *ita* Normanni *in* Galliam, *indeque in* Angliam *VVilhelmo Conquaeſtore duce ruerunt patrio iure ad ſe perlato.* Idem aliis exquiſitiſſimis argumentis adſtruxit DN. DE WESTPHALEN *praef. Mon. ined. T. III. p.* 85.

(q) Apud LVDEWIGIVM *Reliq. MStor. T. VII. p.* 216.

vel eorum beredes, sed maritagium possint requirere, (r) idemque de antiquis moribus Noruagorum testetur IONAS ARNGRIMVS *Crymog.* h. l. illud prona adsequi licet opera, ex communi fonte sua hausisse Anglios, Saxones, Normannos.

§. XI.

LONGOBARDORVM institutis locum hic adsignare eo minus pigebit; quo certius est, ipsam gentem Cimbris olim amicissimo nexu iunctam (s) communesque agno-

(r) Eadem omnia habuisse locum inter illustres et quoties de successione filiae in regnum quaestio nascebatur, tam certum est, quam quod certissimum. Testem enim habemus SNORRONEM *Chron. Noruag. p.* 58. Haraldum Haarf legem sanciuisse in foro Oplandico, *vt filii regis mascula stirpe orti heredes regni existerent, filiae vero Iarlis seu comitibus regni in matrimonium cum dote collocarentur;* et quamuis Haraldinae sanctioni derogatum quodammodo videatur *lege aulica Olai S. c.* 2. *p.* 346. docuit tamen instructissimus Legis (*Hirdscraa*) commentator IANVS DOLMARVS in *not. p.* 402. priuilegium hocce tantummodo effectum nancisci *deficiente prole mascula.* Et ita capio Thorbergae ad patrem sermonem in *Historia Gautrici et Rolfonis c.* 16. *Cum vita tua vltra communem humanae vitae terminum non procurrat; atque* ego sim filia tua vnica, quae omnem hereditatem, te mortuo, cernam.

(s) Testibus STRABONE *L. VII.* VELLEIO *L. II. c.* 109.

centem origines, (t) patrii iuris memoriam non exuisse in Italia, quin viuidum eius exemplar vtrobique exposuisse in legum suarum consignatione. Hoc enim vere Germanicum et Cimbricum est, quod Luitprandus *Lib. II. Tit.* 14. *l.* 19. sanxit: *Si quis Longobardus* sine filiis legitimis masculinis mortuus fuerit, *et* filiam dereliquerit vnam aut plures legitimas, *ipsa ei in omnem hereditatem patris vel matris suae, tanquam filii legitimi masculini, heredes succedant.* Quae verba merito opponimus IVARI HERSHOLMI dubiolis praeter rem, et quasi in simpulo fluctibus, motis ex lege 6. *Lib. II. Tit.* 9. in qua promiscua masculorum et feminarum in successione iura lynceis oculis videre sibi visus est Danus ille, ad quoduis aliud, quam ad explicanda patriae iura, natus factusque. Tanta enim masculorum praerogatiua potius eo in loco obseruatur, vt *filii naturales* suc-

(t) Quod docent ERCHEMPERTVS ap. ECCARD. *Corp histor. T. I. p.* 210. TOROMACHVS *coll. histor. c.* 59. apud CANISIVM *Lect. antiq. T. II. P. I. p.* 210. vt ergo non lateat ratio, quare non solum in praecipuis Legis Longobardicae fontibus Gothorum placita nominauerit STIERNHIELMIVS *praef. ad LL. VVestrogoth p* 3. et quare Anglo Saxonum cum Longobardorum legibus, ritibus, vocabulis, priscam analogiam saepe animaduerterit SPELMANNVS *l. c. p.* 362.

ſuccedant cum filia *quatuor in vncias*; cum haec viciſſim ab hereditate paterna prorſus exulet, ſi maſcula ſoboles ſuperfuerit ex legitimo thoro ſuſcepta. (u)

§. XII.

De GOTHIS idem dicere me iubent antiquiſſima Legum Gothicarum fragmenta, quorum fere nullum (v) euoluere me memini,

(u) Si quod ſupererit dubium, euellet id certe ANDR. DE BARVLO *in Legem Longob. Tit. XIV. Item ſi quis, vel ſi qua decedat, filio maſculo relicto et femina*, excluditur femina per maſculum et *frater debet eam maritare.* Aliud argumentum huc faciens propoſuit GVNDLINGIVS *diſſ. de renunt. hered. filiar. illuſtr. c.* 1. §. 21.

(v) Non excipio Codices Legum *Wiſigothorum* in Hiſpania et *Oſtro-Gothorum* in Italia, floſculis alioquin Iuris Romani quam maxime refertos. Nec eſt, vt cum HEINECCIO *Elem. iur. Germ. lib. II. tit.* 9. §. 218. obmoueas §. 9. *Tit.* 2. *Lib. IV. Leg. Wiſigoth.* feminam ad hereditatem patris vel matris auorum vel auiarum, tam paternorum quam maternorum, ad hereditatem fratrum vel ſororum, ſiue ad hereditates, quae a patruo vel filio patrui, fratris etiam filio vel ſororis relinquebantur, *aequaliter cum fratribus* diuidendam vocari. Sapit enim haec conſtitutio non inſtituta domi nata, ſed adſcititia, mores certe Romanorum et ingenium Cindasuindi regis, quem ſaepe peregrina iura patriis inſtitutis praetuliſſe non vno exemplo poteſt comprobari. Vnde in antiquiſſimis Legis Wiſigothorum codicibus, ſigillatim quem Pariſiis cuſtodiuit muſeum CLAVDII IRSONII, exulare hanc legem ob-

mini, quod non ius hercifcundae cum fratribus hereditatis paternae deneget fororibus. Nam in *Legibus Weftrogothicis* (*Lumbslag*) canae admodum vetuftatis, et quas ante receptam in Suecia Chriftianam religionem, quin et ipfo tempore migrationis Gothorum in Thraciam, LVMBERTI opera collectas perhibent LVNDIVS (w) et BVREVS, (x) fubfidiariam tantum feminarum fucceffionem ftabiliri, facile quis percipit ex his, quae fequuntur: (y) *filius eft patris heres; fi non ex-*

obferuauit CAROLVS LVNDIVS *not. in LL. Weftrogoth. p.* 20. quin et aliter olim Wifigothos difpenfaffe fucceffionis ordinem, in primis confirmat, quae *antiquae Legis* nota fuperbit *L. II. Tit. I. L. IV. In hereditate illius, qui moritur, fi inteftatus deceſſerit, filii primi funt: fi filii defunt, nepotibus debetur hereditas.* Nulla hic filiarum mentio, neque harum ratio in *Edicto Theodorici* Regis Oftrogothorum in Italia *c.* 23. *fi quis inteftatus mortuus fuerit, is ad eius fucceffionem veniat, qui inter agnatos et cognatos* gradu vel titulo proximus *inuenitur*, faluo iure filiorum et nepotum. Vbi nemo ambigat, quin ius filiorum praecipuum intelligatur, quale apud Teutonicas gentes vniuerfim fere inueniendum.

(w) *Not. ad dict. LL. p.* 143. in *prolegom. p.* 1. et in *Zamolxi c.* 3. §. 5.

(x) *Defcript. Suetiae p.* 20.

(y) Vide *LL. Weftro-Gothicas*, quas poft STIERNHIELMIVM notis LVNDII illuftratas Latinaque vefte a LOCCENIO indutas emifit OLAVS RVDBECKIVS *Tit. de iure hereditario c.* 1. *p.* 17.

exſtet filius, eſt filia heres: ſi non filia, eſt pater; ſi non pater, eſt mater; ſi non mater, eſt frater; ſi non frater, eſt ſoror; ſi non ſoror, eſt nepos ex filio. Idem principium inculcat venerandae antiquitatis Codex *Legum Oſtrogothicarum* (z) his verbis: *Si vtrique heredes aequali gradu fuerint, maſculus feminam excludito.* Quin et IVRE DALICO non ſecus ac WESTROGOTHICO feminam etiam nunc in primo gradu poſtponi, et nunquam ad hereditatem capeſſendam habilem eſſe, exiſtente in pari gradu maſculo, aut eius liberis, teſtatum faciunt Legis Dalicae (a) verba, ex verſione *Lundiana* hic exhibenda: *Si filius ſuperſtes ſit, heres eſto, quo defuncto nepos ex filio ſuccedito. Si nepos ex filio non exſtet, filia heres eſto; ſi non ſuperſit filia, nepos ex filia hereditatem cernito. Si frater in viuis ſit, hereditatem adito; ſi non viuat, ex fratre filius hereditatem accipito, quo deficiente ſoror heres eſto.* Geminae his ſunt *Leges Sudermannicae* ab ACKERMANNO edi-

(z) *Tit. de hered. capiend* (Arfdbl) §. 1. Has LL. originem dediſſe LLbus Oſtro Gothorum et Longobardorum in Italia, ſunt qui putant, quos inter deprehendo SKYTTIVM *in Orat de orig Goth p. 35.*

(a) Editae a IO. HADORPHIO *Tit. arfdbl.* §. 1.

ditae *Tit.* 1. §. 1. consonae *Westmannicae* Bl. 1. §. 1. itemque *Helsingicae Arfdbl.* 1. fida denique STIERNHOECKII, (b) LVNDII, (c) LOCCENII, (d) KLOOTII, (e) BECHMANNI, (f) REVTERHIELMII, (g) IO. A FELDE, (h) testimonia, Sueo-Gothones vsque ad aeuum Birgeri Iaerl feminas ab hereditatis communione exclusisse.

§. XIII.

Scilicet circa haec fere tempora, exsurgente sensim in septentrione Christianae religionis iubare, rigor ille circa exclusionem femellarum emollitus et tolerabilior redditus est, induitque faciem femellis hyperboreis longe amoeniorem. Quin vetustis-

(b) *de iure Sueonum vetusto. p.* 185.

(c) *not. ad LL. Westrogoth.* p. 203. *praef. ad LL. Vpland. p.* 8. *diss. de iustit. et iure Sueon. c.* 5. §. 6. *edit. Ill.* NETTELBLADTII *p.* 194.

(d) *Synopsi iur. Suet. diss. IX. qu.* 1.

(e) *Speculo iurisprud. Suet. p.* 39.

(f) *collat. iuris Suet. et Romani in materia successionis ab intestato. Ien.* 1669.

(g) disp. *de successione secundum ius nat. nec non de conuenient. et disconuenient. Iur. Rom. cum Suecano.* Erf. 1734. *c.* 1. §. 30. *p.* 23.

(h) *Element. iur. vniuers. p.* 1156.

ſtiſſima patrii iuris ſententia, quae vltra fraternam et ſororiam hereditatem feminas maſculis non prorſus poſtpoſuit, ſed ſexui ſequiori, relicta viris dupla portione, trientem addixit, (i) producta eſt et experta extenſionem ad caſum ſucceſſionis paternae, maternae, etc. Hinc ergo ſtamina et natales regulae, quam ſtupendo concentu omnis ſeptentrio in hunc vsque diem approbat habetque in diſpenſandis hereditatibus praecipuam: vt maſculus beſſem, femina trientem accipiat. (k)

§. XIV.

(i) Quod plane docent *LL. Weſtro-Gothorum Titulo* qui agit *de iure hereditario c. 1. p. 17.*: *Si* vir *ex* viri latere *et alter* ex feminae latere *natus ſit*, *ille* duas partes, *et alter* tertiam partem *capiet*. *Si* femina ex feminae latere *prodierit et alter* ex viri latere, *ille qui ex viri latere*, duas partes *et illa* tertiam partem *capit* - - *Si omnes*, *qui ſe pro heredibus gerunt*, ex mariti latere *prodierunt*, maſculus duas partes et femina tertiam partem *capiet*.

(k) Obſeruandum tamen eſt, hanc inaequalitatem apud Cimbros attendi ſolum in FRAMARFFE, ſiue ſucceſſione, quae prono quaſi gradu a recta linea ad deſcendentes decurrit, contra in GANGARFFE, ſiue, quando hereditas vel inuerſo ordine ab inferioribus ad ſuperiores vel ad collaterales gradiatur, *aequa lance* bona ſortiri ſexum vtrumque. Ita enim *Lex Scanica* de an. 116.. ex ver-

§. XIV.

Et in Suetia quidem Birgerum Iaerl iura successionis hac in parte laxasse, trientemque ex bonis defunctorum parentum soro-

versione ANDREAE SVNONIS *Lib.II.c.1. Succedentes in primo gradu filii et filiae viriles accipiunt portiones, seruato tamen sexus priuilegio, vt semper* filio duplo *maior, quam filiae pars hereditaria relinquatur. Deficientibus primi gradus liberis, admittuntur neptes et nepotes non viriliter, sed in stirpes, vt ex illis quiquam nihil amplius obtineant, quam parentes eorum, si viuerent, obtinerent. Puta vnica neptis* ex filio defuncto relicta duplo maiorem recipiet portionem quam nepotes et neptes, quotcunque fuerint ex defuncta filia procreati - - - Cessante linea descendente et deficientibus patre et matre in linea ascendente et fratribus et sororibus in linea transuersali, auus paternus et auia paterna, patruus et amita, auunculus et matertera, fratris et sororis filii et filia omnes aequales partes, exclusa sexus differentia, consequentur. Add. *Ius Slesu.* l. c. *Ius Iut. L. I. c. 5. Ius Sialand. nouiss. L. V. c. 2. § 36. sq. LL Vpland. Tit. III. c. XI. XII. XIV. p 35. sq. LL. prou. regn. Suet. Tit. III. c. 2. p. 38.* Quae cum adscribo, nescio anne illis refellatur communis fere et recepta Doctorum sententia, qui sigillatim *auo* et *auiae, exclusis omnino collateralibus*, successionem in bona defuncti hereditaria vi iuris, quod prae se ferunt, Saxonici, decreuerunt, adductis probationis caussa verbis *Speculi L. I. art.* 17. Doch nemet Sones- oder Dochter-Kind erve vor Vater und Moder / Syster und Broder / dor dat yd nicht en geit ute deme Bosme, dewile de evenbordig Bosme da ist. Enimuero

sorori cum fratre concurrenti concessisse, non solum tradunt MESSENIVS (l) et LOCCENIVS, (m) scriptores domestici, verum etiam in *Legibus Vplandicis*, quas a WIGERO SPA, iubente Ingello, ante seculum

 IX.

uero, vt taceam de linea descendente hoc loco sermonem esse, iam suboluisse Glossatori, cum, den Busen/ inquit, *textus vulgaris appellat lineam descendentium, in qua consistunt filius, nepos, pronepos et sic deinceps;* interpretationem Speculo non sponte illatam apparet, quod hodie in regionibus oppidisque iuri Saxonico adsuefactis, quin in ipsa Cimbria, matre et foro originis iuris Saxonici, praxis a commento DD. longe discedat praeferatque auo fratres defuncti germanos. Adeo verum est monitum Perill. DN. DE WESTPHALEN *Praef. T. I. p.* 109. *Ius Cimbricum seu Iutico - Saxonicum non ex Speculo Saxonico, sed ex ipsis Legibus, moribus genuinis et institutis domesticis veterum Saxonum, Cimbrorum, Guthorum, Frisiorum, Germanorumque aliorum et conciuium interpretandum; Speculum vero Saxonicum ex aduerso sed potiori plane iure explicandum, reformandum emendandumque putauerim ex codice iuris Cimbrici, vtpote speculo antiquioris, vetustissimorum iurium Saxonicorum curatioris et purioris systematis, admixtionibus iurium peregrinorum et detorsionibus rerum patriarum non deprauati, nec vi scriptae legis destituti.*

(l) *Scondia illustr. T. I. p.* 69.

(m) *Histor. Suecana L. III. p.* 86. vbi ita: *Leges nouas, sed reipublicae salutares tulit, de hereditate inter fratres et sorores diuidenda; ita vt* filiis partes duae, filiabus pars tertia cederet, *neque bona soli hereditaria extra familiam per nuptias aut successionem facile alienarentur.*

IX. (n) collectas Birgerus Iaerl, opera Birgeri praefecti Thiundiae, curatiores 1295. recensuit, ipsa legitur *Birgeriana* sanctio his verbis a LOCCENIO latine reddita: (o) *Quando moritur paterfamilias, et liberi superstites sunt, tunc hi patris heredes sunt, et tam patris, quam matris, siue sit filius, siue filia. Si ambo superstites sunt, filius et filia;* soror tertiam *partem capiet iuxta fratrem. Si duae exstent sorores et vnus frater;* illae dimidiam partem capient iuxta *fratrem. Quotquot sunt* sorores, dimidio minus capient, quam frater. Quod deinde repetitum est tum in *Codice Christophoriano*, tum in *Legibus Caroli IX. prouincialibus*: (p) *Si moriatur paterfamilias aut vxor, et superstites sint liberi, filius et filia*: filius duas partes hereditatis *capiat*, *et* filia tertiam partem, *et capiet nepos aeque ac filius, et neptis*

(n) Iudice PERINGSKIOLDIO in *monum. Vpland. per Thiund. c. III. p.* 30. 31.

(o) vide *Leges Vplandicas* ex versione Locceniana cum animaduersionibus LVNDII editas *Vpsal.* 1700. ab OLAO RVDBECKIO *Tit III. c. XI. p* 35.

(p) *LL. prouinc. regni Suet.* versae editaeque a LOCCENIO *Holm.*

ptis aeque ac filia, siue quidam fratrum et sororum adhuc viuant, siue non. (q) Quin idem approbatum denique in *Codice iuris patrii,* qui non ita pridem in comitiis Holmiensibus an. 1734. auspice gloriosissimo *Friderico* I. Rege *receptus,* (r) lingua latina a CHRISTIANO KOENIGIO versus, Holmiaeque superiori anno typis donatus est, vbi sic: (s) *Mortuo patre vel matre, nobilis et ruricolae filius, iuxta Leges prouinciales,* duarum portionum heres esto, filia vnius.

§. XV.

Quamuis vero in *Islandia* legem de filii et filiaefamilias impari iure circa an. 1271. adeoque iam XXXIX. annos ante Birgerianum in Suetia placitum, ita temperatam esse,

Holm. 1722. *Tit. III. c.* 1. *p.* 37.

(q) In ciuitatibus vero ob commerciorum fauorem filiam et filium aequa lance hereditatem patris cepisse constat ex *Legibus ciuitatensibus Tit. III. c.* 1. *p.* 28. *ed. Locen.* 1672. *f.*

(r) Quam vocem in rubro codicis commode omittere poterat KOENIGIVS. Quis enim vnquam Leges domesticas et patrias dixit recipi? hoc est, ex receptione demum autoritatem legis obtinere.

(s) v. *Codex Fridericianus Tit. de iure hereditatis c.* 2. *p.* 33.

ſe, vt *filius in duabus vnciis*, *filia in vna* parentibus ſuccederet, memoriae prodiderit IONAS ARNGRIMVS (t) ipſe Islandus: *Cimbriam* tamen et *Daniam* vetuſtiores longe iuris eiusdem agnoſcere natales, non poteſt quemquam fugere, qui meminerit, auſpice *Suenone I.* (u) feminas Cimbricas

t) Tract. *de Islandia*, qui infertus eſt *variis de regno Daniae et Norueg. Tractatibus*, a STEPHANIO ex officina Elzeuiriana editis p. 469.

(u) Plures ſunt, qui huius in Cimbria et Dania inſtituti laudant autorem Suenonem I, a barba furcata *Tiuſſues keg*, alias Suen - Ottonem dictum, filium Haraldi Blaatand, qui in remunerationem liberalitatis a feminis locupletioribus exercitae, mundum ſuum muliebrem, ornamenta et mobilia, ad regem a Iulinis in captiuitate detentum redimendum, vendentibus, eas quadantenus *maribus in ſucceſſione* exaequauerit. Itaenim hiſtoriam a ſua aetate non multum remotam narrat SAXO GRAMMAT. *Hiſtor. Dan. L. X p.* 187. *edit. Stephanii: In qua fortunae violentia* (loquitur enim de captiuitate regis Iulinenſi) *Sueno virili defectus auxilio*, femineum *expertus eſt. Nam cum, exhauſtis regni opibus, ne aurum quidem redemptioni eius ſuppetere videretur, tanta ei* matronarum humanitas affuit, vt detractis aurium inſignibus caeteroque cultu *certatim digeſtum pondere ſummam explerent, plus commodi in ſalute principis, quam amoenitatis in ornamentorum ſuorum ſpecie reponentes. Adeo in liberando eo vterque ſexus vnius humani voti curam habuit. Ita matronalis ſtolae publicum columen priuatis facultatibus emere*

cas ad iura ſucceſſionis vocatas trientisque in quacunque hereditate capeſſendi compotes eſſe

emere voluptati magis quam oneri fuit. Nec illi quidem (regi) *ad praemia matronarum obſequio exſoluenda ingrata mens fuit.* „Nam feminis deinceps participandarum hereditatum ius, „a quibus ante lege repellebantur, indulſit. Celebrat porro mentem gratam Suenonis Ottonis, Saxoni σύγχρονος ſcriptor SVENOAGGONIS *Hiſtor. Danic. p.* 73. quod *mulieribus, paternae hereditatis antea exſortibus*, ob praeſtitum ſibi a matronis fauorem et beneficiorum collationem in *poſterum primus tribuerit, quatenus ſoror fratri de caetero in dimidia familiae herciſcundae* portione communicaret. Et explicite magis MEVRSIVS *Hiſtor. Dan. L. III. p.* 50. *Cum exhauſtum aerarium eſſet, nec pecuniae conquirendae vllus iam reſtaret modus*, feminae pariter virginesque *regis caſum miſeratae, vt captiuitate eum liberarent, ex collatis ornamentis aurum fecere atque ea ratione libertati reſtitutus cum in regnum rediiſſet, gratiam referre cupiens*, legem tulit, vt, cum antea a paterna hereditate excluderentur, deinceps quoque heredes forent, filioque gemina parte adſignata, vnam filiae conceſſit, *idque etiam nunc obtinet*. Inde repetunt *autor hiſtoriae regum Daniae ap.* STEPHANIVM *p.* 128. ARNOLD. HVITFELDIVS *Dannemarkis Rigis Krönicke T. I. p.* 53. PONTANVS *Hiſtor. Dan. Lib. II.* ALBERTVS CRANTZIVS *Wandal. L. II. c.* 33. qui tamen vagatur extra oleas, dum Suen-Ottonem femellis Cimbricis *par cum maſculis ius* dediſſe in hereditate paterna maternaque ac aliorum bonorum retulit. Tantum enim abeſt, vt Suenoniana indulgentia ius par cum maſculis in ſucceſſione indeptae ſint feminae Cimbricae, vt *veſtigia praerogatiuae maſculini ſexus* et antiquiſſimae conſuetudinis

H femi-

esse factas seculo a Christo nato decimo.(x)

§. XVI.

feminas omnino excludentis facile deprehendantur in *impari feminarum cum masculis succedentium iure* et portione diminuta, dum scilicet *trientem ex hereditate* accipiunt, fratri besse relicto. Quocunque demum modo sese habeant SAXONIS et AGGONIS de originibus inaequalis successionis feminarum a Suenone repetendis narrationes, crediderim tamen, MARSCHALCO THVRIO *Annal. Herul. VIII. 3. vitis Obotritar. c. 90. Deflorat. antiq. lib. V. ap.* DN. DE WESTPHALEN. *Monum. ined. Tom. I. p.* 307. 622. 671. 1480. et LAMBERTO SCHLAGGERT *Chron. MSt. Ribbenicensi*, cuius codex latinus et autographus adseruatur in cimeliis musei WESTPHALIANI, subnatum inde esse commodum exemplum, ad quod componerent effingerentque *iuris vsufructuarii filiarum nobilium in Megapoli natales*, quos repetierunt ex priuilegio Alberti II. ducis Megap. et regis Sueciae, a Margaretha Daniae regina victi, adducta ratione plane simili, quod nobiles feminae Megapolitanae illum mundo muliebri redemerint. Sed non refert disputare contra errorem, qui incurrit in sensus, quemque ex THVRIO infeliciter in scenam productum seruatumque traducis instar a LINDENBERGIO, LATOMO, CHEMNITIO, PONTANO, MVLLERO, TORNOVIO, IO. WILH. ENGELBRECHTIO, THOMINGIO, BOCERO, REVSNERO, IARGOVIO et BEHRIO, iamiam in fumum abire iusserunt DN. DE WESTPHALEN, CHR. NETTELBLADTIVS, PREENIVS, RVDLOFFIVS, GERDESIVS.

(x) Hinc minus recte suspicatus est GVNDLINGIVS *diss. de renunciat. filiar. illustr. c.* 1. §. 15. iura successionis in commodum femellarum non laxata fuisse in Cimbria ante seculum XIII. vel XIV. cum tamen Suen-Otto regnaue-

§. XVI.

Mirandum certe, hoc Suenonianum decretum vnanimi velut ſtudio recepiſſe, receptumque tanta conſeruaſſe cura omnem *Daniam et Cimbriam*, vt *nulla deprehendatur* eius *prouincia*, *quae non in ſucceſſione deſcendentium* hanc ſibi praeſcriptam eſſe putet legem, vt *filio dupla portio*, *filiae triens cedat in herciſcunda familia.* Loquuntur hoc legum volumina, teſtantur ſtatutorum iuriumque prouincialium codices, loquitur, quae legum optima interpres eſt, conſuetudo quotidiana: et iuris, in quo verſatur, egregie ignarum eſſe oportet, qui ius Iuſtinianeum et aequalem ſucceſſionem vtriusque ſexus quaeſiuerit in Cimbria et Dania, qua nulla fere regio in cuſtodiendis domeſticis placitis pertinacior. (y) Et in codice quidem

---

gnauerit exeunte ſeculo X. et ab a. 981. vt diſcere poterat ex SVANINGII *Chronol. Dan. p.* 68. *et Chron. Regn. Daniae*, perperam Erico regi adſcribi ſolito p. 72. Nec CRANTZIVS *L. XII. Wand.* c. 33. autorem mutatae legis nominauit *Canutum* Haraldi patris oppreſſorem, ſed, quod ipſa docet inſpectio, *Suenonem I.* Talia plerumque ſolent euenire, quibus ſat eſt aliorum fide ſcribere, neglectis vel tralatitie tantum inſpectis ipſis autoribus.

(y) Sed in omnia alia nuperrime iuit vir quidam do-

ctus

dem *iuris Slesuicensis*, qui, omnes Cimbriae legales codices antiquitate fere superat, statuitur: (z) Negest den Vader und Moder in der Erffdeelinge so neme der Broder de helfte und de Süster dat drüdde deel, men na Broder und Süster Erffdeelinge so schölen Bröder und Süster tho glicke nehmen. Similiter in Lege Scanica Waldemari I. (a) *Patri familias non habenti liberos vel habenti si mulier nupserit, et ad* eum cum *liberis vel sine liberis* cum *bonis suis transierit, si non fuerit determinatum, quae portio quemlibet contingat; quantumuis dispar fuerit bonorum collatio; partes tamen omnes pares cum a communione recesse-*

ctus et in foro versatissimus, qui, nescio quo autore, pro comperto habere vult, *ius ciuile suppeditare succedendi regulas in ducatu Slesuicensi, idque ex longissimo vsu.* Refutatione operosa non eget hoc assertum, quod ex inspectione codicum iuris Cimbrici vltro concidit, et vel hoc vnico redarguitur, quod ipsum ius repraesentationis collateralium, quod iure Iustinianeo obtinet, Germanis ad seculum vsque XVI. incognitum, (vide chart. de a. 1336. 1337. 1496. ap. KVCHENBECKER. *analect. Hass. Coll. IV. p.* 274. LVDEWIGIVM *Reliq. T. VII. p.* 30. LVNIG *Reichs-Archiu Parte Spec. cont. IV. p.* 318. *Part. Spec. cont. IV. P. II. p.* 37.) introductum demum in Germania publica lege a. 1521. apud Cimbros ante 1649. non obtinuerit.

(z) *Ius Slesuic. d.* 1150. *c.* 114.

(a) *Lex Scan. d.* 1163. *L. I. c.* 4. *L. II. c.* 1.

cesserint, obtinebunt, salua tamen sexus praerogatiua, vt masculus duplo magis quam femina consequatur, *nisi vxor fuerit vel mater, quae marito et filiis* exaequantur. Succedentes ergo in primo gradu filii et filiae viriles *accipiunt portiones, seruato tamen sexus* priuilegio, vt semper filio duplo maior quam *filiae pars hereditatis relinquatur*. Et in Codice *iuris Cimbrici*, Lobock dicto, sancitur: (b) de Broder nimpt twee deele unde de Süster dat drüdde deel, beide na Vader und Moder, unde ock na Süstere unde na Brodere. Doch nimpt de Mann stedes twee deele unde de Frowes Persone dat drüdde deel. De Mann nimpt jo halff so vele mehr als eine Frouwe (c) in allen Erwe. (d) Item in Statutis *Flensbur-*

(b) Vid. Codex iuris *Iutici* an. 1240. auspice Waldemaro II. ex auitis moribus et Lege Scanica ac Sialandica potissimum collectus *Lib. I c.* 4. §. 5. *c.* 5. §. 1. *et* 3.

(c) Quod adeo verum, vt, cum iure repraesentationis remotiores in parentis defuncti locum intrare subintelligantur, *nepotes ex filia trientem*, *ex filio vero duplam portionem capiant* Iure Cimbrico. Id enim sibi volunt verba *Iur. Iut. Lib. I. c.* 4. §. 2. De Kinder, de van de Dochter gebaren werden, de nemen Erve alse ere Moder don scholde. add. *Cod. Christ. L. V. c.* 2. §. 34. *Ius Eiderost. P. II. Tit.* 12.

(d) Curate satis in reddendis his latine versatus est CANVTVS Episcopus Viborg et venerabilis legum Doctor in *Expositione*

burgensibus an. 1284. consignatis (e) art. 15. *Post obitum patris et matris in hereditate recipienda* frater recipiat duas partes, soror *vero* tertiam: * *sed post obitum fratrum* et *sororum, frater et soror aequalem recipiat portionem*: nec non *iure Ecklenfördensi*, (f) vbi: Hat sie, vxor, Kinder, die thei-

positionibus et allegationibus iurium ed. Ripae 1507. typis *Matth. Brand:* Frater *recipiat duas partes* et soror tertiam partem, *tam post patrem, quam post matrem et post vterinos*, masculus semper *recipiat* duplo plus, quam femina *in omni hereditate*. Sed in ipsa, quam crepat, expositione super Iutorum legisterium insipida apposuit fercula omnesque iuris Romani et canonici loculos adeo excussit bonus Canutus, vt in hoc artificio Bartolo si non praeripiat, dubiam certe reddat praerogatiuae palmam. Cedere tamen hoc minime debet in contumeliam viri, in barbara aetate certe sapientioris multis politioris hodie seculi ICtis, qui in applicatione iuris subsidiarii negligunt fere, quod in praefatione recte submonuit CANVTVS: *iura Cimbriae legibus imperialibus non aduersa, sed diuersa esse, propter diuersas regnorum circumstantias, cum secundum varietatem temporum et locorum varient leges.*

(e) De *Codice iuris Flenopolitani* vid. perill. DN. DE WESTPHALEN *praef. Tom. III. Mon. ined. p. 91.* vbi historiam iuris Flenopolitani pertexuit ex instituto.

(f) Ex communi statutorum Cimbricorum fonte, iure Slesuicensi scilicet, cuius vsum Eckernfoerdensibus a Suenone III. indultum confirmauit denuo Christianus III.

theilen die übrige helffte, der Sohn mit zwey, und die Tochter den dritten theil. Porro *iure Husumensi:* (g) weren aber Söhne und Töchter zugleich am Leben, so nimpt von dem Erbe der Sohn zwey theile und die Tochter nur einen theil, welche Verordnung der ungleichen Erbschafft zwischen Söhne und Töchter sich allein in der niedersteigenden, und nicht in der Seiten linie erstrecket. (h) Ita et *iure Eiderostadensi:* (i) Jedoch daß allezeit in niedersteigender Linie wohl in acht genommen werde, daß denen Söhnen zwey theil, und den Töchtern ein theil zugeleget werden: Wie es denn in diesen letzten Fall mit Kindes Kindern auch zu halten: et *Nordstrandensi:* (k) der Broder nimpt in der Erb-

III. Rex Dan. a. 1543. *die Iouis post Inuocauit.* Codicillos regios nuper edidit vir historiae patriae studiosissimus IO. FRID. NODTIVS in den Beyträgen zur Erläuterung der Ciuil-Kirchen-und Gelehrten-Historie der Hertzogthümer Schleßwich und Hollstein, hoc ipso anno editus *P. I. n. X. p.* 24.

(g) Ius *Husumense d.* a. 1608. *Tit.* 14. §. 2.

(h) Nec aliter puto apud *Haderslebienses*, quorum in *Statutis d.* a. 1292. Tit. von Erbe dicitur: Erbtheilung soll nach Lobuchs Recht gerichtet werden. Atqui ius Iutioum inaequalibus portionibus inter fratrem et sororem parentum dispensare hereditatem, modo vidimus.

(i) *Ius Eiderostad de anno.* 1590. *P. II. art.* 12.

(k) *Ius Nordstrand. de anno.* 1572. *P. I. art.* 29. *Ius Frisic. de an.* 1558. *art.* 20.

Erbtheilung zwey Pfenninge und die Schwester einen Pfenning nach alten Friesischen Landrechte. *Iure Femariensi:* (l) wahnet ein Man und Frou ehelich bey ein ander und tügen Kinder, Sohns und Töchter und dee Frou starwet vor den Mann, so schal de Mann voruth beholden, wat sien egen Gut gewesen ist, sampt den verworwenen Gude, und de Kinder scholen hebben ere Moder Gut wat se ingebracht, jedoch schal et de Moder so lange beholden und tho eren besten gebrucken beth se mündig sind und beraden. Id schal averst in den Erd-Gütern de Sohne twee deel, de dochter ein deel hebben, dat Bau-Gut und de Marcus-Kleder deelen se tho gelicke. Denique in *Sialandici iuris* codice, qui a legislatore *Christianeus* dicitur, cautum est: (m) *In omni hereditate* mas duplo maiorem quam femina partem *consequitor*.

(l) Vid. Iohannis ducis Holsat. *Constitutio de successione Femariensi de anno* 1563.

(m) *Codex Christianeus L. V. Tit.* 2. §. 29. *p.* 432. versionis *Weghorstianae*, *p.* 365. metaphraseos *Hoyelsinae*. Adde *Recessum* Christiani III. *art.* 39.

EMENDANDA.

P. 17. not. lin. 6. lege: *ciuitatenses* pro *ciuiles*. p. 30. not. (x) lin. 24. lege: cur olim emancipati Romanorum, et hodie separati Germanorum non consecuti sint olim, nec hodie consequantur hereditatem etc. p. 32. not. z. lin. 22 pro Fauwes. lege Fouwes. p. 38. not. (g) lin. 14. lege *Slegfredbarn*.

CONSVL-

CONSVLTISSIMO DREYERO

S. P. D.

FRANCISCVS CAROLVS CONRADI IC.

Egregia itaque cum laude peregiſti omnia, quae peragenda fuerunt, vt meritos honores ab ordine noſtro rite conſequereris. Hoc enim poſt inſignem eruditionem in colloquiis tecum inſtitutis et ſolenni capitum ex vtroque iure delectorum expoſitione nobis probatam reſtabat, vt in publico certamine ingenii et doctrinae dotes, quod omnium cum plauſu hodie feciſti, explicares. Macte igitur virtute tua, porro ad ornamenta illa feliciter contende, ad quae illuſtria, quibus inſiſtis, veſtigia te perducent, excitatum magni exempli et meritorum gloria atque immortalibus monumentis illis, quibus et Cimbriam ſuam et vniuerſam Germaniam ſibi deuinxit PERILLVSTRIS CANCELLARIVS, cuius paternum ad-

fectum tibi fortunata fors nascendi non magis, quam ingenita vis aemulaque studia conciliarunt. Quare factum est, vt pulchris operae, patriis antiquitatibus et legibus nauatae speciminibus, *de chartis indentatis, de depilatione Germanorum et Cimbrorum* ac *de fide manuali et traditione per chirothecam*, iam in lucem editis, argumentum patrii iuris, in hereditatibus *frameam fuso*, hoc est mares feminis inaequali successione praeferentis, adiungeres, auspicali hac tua dissertatione tractatum. Quod vero temporis quae habenda erat ratio iussit, abrumpendum fuit maioris pensi filum. Optimo enim consilio iter litterarium nunc paras: ex quo Deus te patriae dulcissimae tuisque saluum et incolumem restituat, precor, et quae laeta atque eximia de te auguror, euenire votaque mea rata esse iubeat. Ita mei memor amansque perpetuum vale. Dabam Helmstadii XIV. Cal. Nouembr. MDCCXLIV.



